DE NOBILITATE, ET PRIVILEGIO FARFANIS.

AUTHORE LICENCIATO D. FRAN. Mosquera de Barnueuo.


HISPALI. Anno. 1600.

A DON PEDRO FARfan de los Godos, hijo primogenito del Licenciado Pedro Farfan del Consejo de su Magestad, Oydor de Mexico, Consultor del Santo Oficio de la Inquisicion, Colegial del Colegio de san Bartolome.

EL LICENCIADO DON FRANcisco Mosquera de Barnueuo.

S. P. D.



OMO no ay en España cosa mas notoria, q̃ la antiquissima nobleza delos Farfanes, sus antecessores de V. m. assi piēso no avrá cosa mas bien recebida en ella q̃ el discurso presente, q̃ nos representa, y fũda el derecho del insigne priuilegio del Rey dō Enrique, cōcedido a las mugeres desta nobilissima familia, legitima sucessora de los antiguos Godos, q̃ della fuerō desterrados a Africa en el Reyno de Marruecos (en la perdida de España, año de 713.) donde se cōseruaron enmedio de tanta infidelidad en la Fe de Iesu Christo, hasta el año de 1386. que a ella boluierō, en tiempo del Rey don Iuan el Primero (que murio en Alcala de Henares, saliendo a ver su entrada, y exercitar sus cauallos de que eran muy diestros) y porque todas las Coronicas destos Reynos, antiguas, y modernas, hazen relaciō desta venida, me à parecido escusarla, refiriendo solamente la declaracion, y sentido deste nombre Farfan; las armas de que vsan, y dos cartas que prueuan su antiguedad, que no andan en las Coronicas, su sucession de V. m. y prouança della; y de aqui procedere en Latin, para los juris peritos, a la segunda parte que é prometido.

Farfanes, que tiempo estuuieron desterrados. 1.
Farfan, que significa. 2.
Farfanes, que armas traen, y su significacion. 3.
Farfanes, como salieron de captiuerio. 4.
Carta del Rey de Marruecos, para el Rey don Iuan el Primero. 5.
Carta de la ciudad de Seuilla, para los Farfanes. 6.
Antecessores de don Pedro Farfan de los Godos, quiẽ fueron. 7.
El priuilegio de los Farfanes, no los haze nobles, sino declara que lo eran antes. 8.
Priuilegio concedido por el Rey don Enrique III. a los Farfanes, y sus hijos, y hijas. 9.
Priuilegium de quo agitur remunerationis, causa factam fuit. 10.

§. I.

Primæ part. principalis.

2 FARFAN es nombre Arabigo, que los Moros impusieron a estos caualleros, nacido del efecto de su decendencia, que quiere tãto dezir, como desterrado; y assi les llamaron comunmente los Godos desterrados, por el tiempo que lo estuuieron de España; aunque les permitian los Moros, Sacerdotes, y Sacramentos; lo qual no consintierã si ellos no fueran de alto linage, y de mucha grandeza, que es el primer articulo que comprueua su nobleza.

3 VSARON estos caualleros, y an vsado siempre por armas vn escudo de oro (campo de vitoria) con tres sapos verdes, aludiendo al vencimiẽto de sus enemigos ponçoñosos, por sus sectas, vestidos de esperãças vanas, que dexando tierras proprias, no satisfechos con ellas, vinieron a conquistar las agenas; y en señal de su trabajo, y ausencia, y del resplandor de su Fe, en medio de las espinas de la infidelidad. Cercauã los Antiguos el escudo, con vnos espinos negros, y entre ellos treze rosas coloradas. Vuo deste linage, vn Baylio de Lora, del habito de san Iuan, valerosissimo cauallero, que se dixo Rodrigo Farfan, fundador del Monasterio de santa Ysabel de Seuilla, el qual (como lo suelen hazer los demas de su religiõ) acrecẽtò en su escudo su Cruz colorada llana, en lo alto, y en lo baxo vna flor de lis azul. Estas armas estan en el dicho Monasterio, y las de los sapos, en la antigua capilla de los Farfanes, que està en san Martin de Seuilla, de que V.m. es patron, como su legitimo descendiente, por linea recta de varon.

 AVIEN-

4 AVIENDO pues eſtado captiuos eſtos caualleros ſeiſciē tos y ſetenta y tres años, ellos, y ſus anteceſſores, a inſtancia del Rey don Iuan el Primero (como eſtâ dicho) el Rey de Marruecos les dio libertad, y en teſtimonio de ſu nobleza le eſcriuio; y la ciudad de Seuilla, y otros caualleros les eſcriuierō a ellos las cartas ſiguientes.

❧ CARTA DEL REY DE Marruecos, para el Rey don Iuan el Primero de Caſtilla, que traxerō los cinquēta caualleros Godos, que llamauā los Farfanes, que quiere dezir (bueltas de Arabigo en Caſtellano) los deſterrados.

5 EN el nōbre de Dios poderoſo, e mercedoſo: El Rey Albohazē Miramamolin de Marruecos, aludaciones muy altas, e muy hōradas, y acabadas, en reſpueſta de las ſuyas, tornadas al encumbrado nueſtro allegado, y amado, virtuoſo, y auēturado Iuā Rey de Caſtilla, amigable a todo bien, y de toda honra, hijo del claro, afamado don Enrique, dichoſo en fazer mercedes, que cō juſticia quitò el Reyno al injuſto, perdonelo Dios. El Señor Dios te dexe viuir muchos años, y que ſean buenos, e ayas poder por tierra, e Dios te dè muchos bienes con alegria, e goze tu pueblo contigo, e ſeas bien auenturado; que en ti es acabado el ſaber, el ſeſo, el ſufrimiento, e la meſura, e el perfeto entendimiento, que en tu Conſejo nō ha falta, ni en tu dicho non ay yerro, nin tacha: e as ayuntado en ti esfuerço, y māſedumbre; aſsi que en tu ley non eres fallado por cobarde, ni en las prieſſas, non eres arrebatado; enſoalzeuos Dios. Yo he dado reſpueſta de quāto

deuia con lo que deuia, e ya te embio a los que pedias, a los de tu ley de gran linage, e tienes los. Estos son los cinquẽta Christianos Farfanes Godos, de los antiguos de tu Reyno, assegurelos Dios, que son seruidores, e valiẽtes, e femeciosos, e arteros, e venturosos, e de castigo leal; e tales, que si tu quieres vsar dellos avras pro; en la tu merced van encomendados a los Reynos que eran de sus abuelos los Reyes Godos grandes, perdonelos Dios. Yo te los embio como tu los quieres, si Dios quiere, y Dios es en tu ayuda, recibe los mis herederos, del tu amigo. E si me vuieres menester con el mi auer, e cõ mis caualleros, vos ayudare; y quiero si Dios quisiere, e hago el derecho que deuo, e guardete Dios. El de tu amigo guardele Dios. El Rey de Marruecos.

LA CIVDAD DE SEVILLA, a los Farfanes, estantes en Marruecos.

6 A LOS honrados, y nobles varones Farfanes Christianos, Alcaydes, donzeles, compañones del noble, y limpio, y grande linage de los Godos, que estades, e viuides en la ciudad de Marruecos del Reyno de Benamarin, del qual linage los Reyes de Castilla, y los nobles señores descieden. Nos los Alcaldes, y Alguazil, y los Veintiquatro caualleros, y hombres buenos, del Concejo de la muy noble ciudad de Seuilla, vos embiamos mucho a saludar, como a amigos que amamos, y preciamos, y para quien querriamos que diesse Dios mucha honra, y buena ventura, tanta quanta vos mesmos querriades, codiciamos vos ver en esta ciudad, a seruicio de Dios, e de nuestro Señor el Rey. Hazemos vos saber, que vino a

nos Sãcho Rodriguez vuestro pariẽte, e hablò connusco largamẽte algunas cosas; en lo qual entendimos la su intencion, y la vuestra; y fue de nosotros muy benignamente recebido. Por ende sed ciertos, que siẽdo la volũtad de nuestro Señor Dios, que aportedes a esta ciudad, que seredes de nosotros muy bien recebidos, y haremos con vos aquellas cosas, que seruicio de Dios, e del Rey nuestro Señor fuere, y Dios vos de salud. En Seuilla a ocho dias del mes de Otubre, año 1386. Hernan Sanchez Alcalde. Sancho Fernãdez Alcalde, Ruy Perez Alcalde, Gonçalo Velez escriuano, Nicolas Fernandez, Diego Rodriguez, Alonso Fernandez. Lorenço Garcia. Iuan Martinez.

EL Maestre de Calatraua, escriuio para Alonso Lopez Farfan, estando en Iaen a veinte y siete de Otubre.

Y el Maestre de Santiago para el dicho en ocho de Mayo de ochenta y siete, estando en Burgos.

MARTIN Fernandez Ceron, Alcayde de las ataraçanas, Veintiquatro de Seuilla, a los dichos Farfanes, a diez y siete de Septiembre.

ESTAN en poder del Licenciado Martin Farfan de los Godos, Abogado del santo Oficio de Seuilla.

7 Y AVIENDO prouado cõ lo dicho, la antiquissima inmemorial nobleza desta nobilissima familia, q̃ es la mas fuerte prouança que en la materia se halla. Bart. & Platea in l. 1. C. de digni. lib. 12. Ripp. lib. 2. respons. cap. 26. Tiraquel. de nobilit. quæst. 14. Roman. singul. 289. Couarr. Vari. resl. lib. 1. cap. 16. nu. 10. Como quiera que basta la prouança de quarẽta años de possession l. si arbiter. ff. de proua. l. 1. tit. 7. lib. 5. recopil. l. 41. Tauri. en nuestro caso tenemos sin lo dicho suficientissima prouança, q̃ Pedro Farfan, abuelo de V. m. estuuo en esta possession mas de setẽta años, y como a tal cauallero, hijodalgo notorio, se le boluia la blãca de la carne, de la suerte, y con las mismas calidades q̃ al Duque de Medina, y a otros caualleros notorios, y lo mis-

mo a don Alonso de Porras, Arcediano de Reyna, su hermano legitimo; y lo mismo al Licenciado Pedro Farfan su padre de V.m. Oydor que fue de Mexico, hijo del dicho Pedro Farfan, y de doña Ana de Alfaro su muger, tambien hijadalgo, de las nobilissimas familias de Alfaros, y Porras desta ciudad. Por parte de su madre tambien es nieto de Iuan Infante, cauallero hijo dalgo muy notorio, y como tal obtuuo sentencias sobre su nobleza, en diferentes actos de possession en Mexico, mas â de setenta años, porque era hijo de Diego Fernandez de Sandoual, y de doña Ana Infante, el qual Iuan Infăte cosò cō doña Catalina de Samaniego, natural de Santo Domingo de la Calçada, muger hijadalgo notoria, padres de doña Hieronima Infante Samaniego, madre de V.m. cō que de todos quatro costados queda prouado, y es notorio ser cauallero hijodalgo.

8 ES argumento tambien indubitable el priuilegio del señor Rey don Enrique Tercero, concedido a esta nobilissima familia de los Farfanes, y a sus hijos, y hijas, confirmado por los señores Reyes don Iuan el Segundo, don Fernando, y doña Ysabel; por el qual confessando por muchas palabras geminadas, que son caualleros nobles, y lo eran antes que se les diera manda, que como tales, ellos ni sus hijos, ni hijas, ni los que con ellas casaren, pechen ningun pecho de pecheros, y gozen de las franquezas de hijosdalgo: y como quiera que el dicho priuilegio supone, y espressamĕtĕ declara, que antes del eran caualleros hijos dalgo; cosa es sin duda que no daña, antes el priuilegio en este caso haze euidente prouança de nobleza de sangre; pues por sus palabras se prueua, que no los hizo nobles, sino los declarò por tales. Ioan. Garcia de nobilitat. lib. 1. §. 1. num. 51. gloss. 7. nu. 27. Otalo. de nobilit. 4. part. cap. 1. num. 6. Chasa. Catha. gloriæ mun. part. 10. Tiraquel. de nobilit. cap. 27. nam ille dicitur nobilis, quem princeps appellat esse talem. Tiraquel. dict. tractat. cap. 6. num. 24. & cap. 10. Decian. consil. 66. num. 1. lib. 3. Paul. in l. quotiens. C. vbi senat. vel clariss. & consil. 22. lib. 2. Bald. in l. sacrilegij. C. de diuers. rescri. Iass. in l. omnium. C. de testament. Guid. Pap. deciss. 196. & consil. 65. non solum, quando loquitur expresse, vt in nostro casu, sed quando loquitur tacite. Bart. in l. 1. C. de dignit. argumento text. in l. de quibus. ff. de legibus.

SVPVESTO lo dicho, por fundamento indubitable, como lo es, vengamos a la segunda parte desta informacion, q es

el entendimiento del dicho priuilegio, cuyas palabras dizē del tenor siguiente don Enrique, &c.

9 DON Enrique por la gracia de Dios, Rey de Castilla, &c. Por hazer bien, y merced a vos Alonso Perez Capitan, y a vos, &c. caualleros Farfanes de los Godos; por quanto venistes de los Reynos de tierra de Moros (dōde erades naturales) a viuir en los mis Reynos, por seruicio de Dios, y por salir de tierra de los enemigos de la Fe; y porque vos lo embiò a rogar, y mandar el Rey don Iuan mi padre, y mi señor, q̄ Dios dè santo parayso, prometiendo vos por ello muchas mercedes. Por ende, tomo vos, y rescibo vos en mi guarda, y defendimiento, como cosa mia; y tēgo por bien, y es mi merced, que vos los dichos caualleros, y vuestras mugeres, y vuestros hijos, y hijas, e los q̄ de vos vinieren, y descendieren, que seades, y sean quitos, y frācos, y essentos de todos pechos, y monedas, y tributos, &c.

PROVT plenius in ipso principali priuilegio, & in eius cōfirmatorijs continetur; quorum thenores, vt hic insertos, seu expræssos habētibus est in quæstione principaliter, alijs citra rem omissis.

Num Henricus ille noster tertius potuerit priuilegiū istud Farfanijs, ijs æquitibus concedere.

Et poßito quod cōceßio pro eiusdem, & confirmantiū vita valuisset: nunc minime valeat; eiq; aduersetur dispositio legis. 4. tit. 9. lib. 5. ordin. Regiarum, qua priuilegia, indulta, seu donationes, quas vulgus Enriquenas vocat, reuocatas decernitur.

Vlterius dato, quod huiusmodi priuilegium, hodie vigeat, fœminis ipsis Farfanijs, & eis descendentibus, ita demum indultum censeatur, quod viri nubentes ignobilibus (idioma Hispanum pecheros, nūcupat) matrimonio constante eo gaudeant: & quādo maritus, & vxor correlatiui sint termini ipsi mariti, eodem priuilegio tunc temporis potiantur.

BREVITATI autem, quam maximè potero (quod dictum sapienti sat sit) studendo: Henricum prædictum priuilegium præfatum Farfanijs æquitibus, sic concedere potuisse plurimis medijs iuriumq; allegationibus resecatis clarè decidit lex secunda, sub eodem titulo. 9. lib. 5. ordi. Reg. quæ etiam decernit, id vltra concedentis, & confirmantium vitam firmiter valere. Confirmatione enim subsequentium Regum expræssa opus non est: cum ab omnibus, qua hora Regni insigniātur dia-

demate, huiusmodi indulta, seu quæcumq; alia, á prædecessoribus priuilegia, cui vis concessa confirmentur.

10 NEC huic priuilegio irrefragatur pauló ante citata. lex. 4. priuilegia, donationes ve ab Henrico concessas irritans, si consideres dumtaxat sub ipso quo loquitur themate procedere, nẽpe in donationibus ab Henrico, huius nominis quarto concesis, de quibus late eruditus Ioannes Arze de Otalora in tract. nobilita. 4. part. princip. cap. 4. Et quod huiusmodi indultum de quo in præsentiarum agitur ab alio Henrico, huius nominis tertio concessum fuerit (vt ex ipso patet) remunerationis causa. Quo fit, vt ex hoc etiam capite firmius, & irreuocabile, ab omnibus censeatur. l. Attilius regulus. ff. de donatio. & fin. tit. 9. lib. eod. 5. ordin. Reg de post. S. Thom. 2. 2. quæst. 116. tradit Decius in consil. 292. Tiraquel. in. l. si vnquam. verb. donatione largitus. nu. 13. cum sequent. C. de reuocand. dona. præallegatus Arze de Otalora in dist. 4. part. princip. num. 9.

§. 2.

Ex tertij dubij parte negatiua.

Mulieres capita maritorum sequuntur. num. 1.
Accessorium naturam sequitur principalis. nu. 2.
Leg. 3. tit. 21. part. 2. & 6. tit. 2. lib. 4. ordin.
Regia citantur, & expenduntur. ibid.
Lex. 29. tit. fin. part. 7. citatur. ibidem.
Mulier cedit viro tanquam præciosiori, & qua ratione id procedat. nu. 3.
Mulier sub viri potestate degit, & maritus ei dominatur. nu. 4.
Ciuitatis eius vxor est ciuis, cuius vir suus ciuis est. num. 5.
Vxor de familia viri est, non patris, & idem in sponsa censendum. nu. 6.
Nobilitas ex parte matris, non consideratur. nu. 7.
Filius non debet maternæ familiæ arma portare, sed paternæ. nu. 8.
Statutum, aut consuetudo non valet quod quis sit, aut nobilis reputetur ex materno genere. nu. 9.
Priuilegium in munitatis concessum generi, & posteris, ad eos non pertinet, qui ex fœminis nati sunt. num. 10.
Nobilem vxorem ignobilis ducens nihil dignitatis, aut nobilitatis ex eo sibi comparat: nec ob id nobilitatur. nu. 11.
Maritus plebeius, qui contraxit matrimonium cum muliere nobili, quæ non conferebat in tributis, & sua bona tenebat franca, quæ dedit viro in dotem,

non

non tenebit illa franca, sed ratione illorum tenebitur in tributis conferre. nu. 12.

Mulier nobilis confestim, quam viro ignobili est nupta, dignitatē suæ familiæ amplius non retinet. n. 13.

Priuilegium concessum alicui, & omnibus descendentibus masculis, & fœminis, ita demum competit fœminis, si non dum in matrimonium transierint: quia postquā virum assumunt, ad alium dicūtur, se transferre, & statum suum, & forum mutare. num. 14. & quod hæc sit communis opinio. ibidem.

CIRCA tertium dubium super quo (vt est in prouerbio) dolium vertitur. Inuocato omnipotentis Dei, & eius intemeratæ Virginis Mariæ matris, seraphicē Francisci, Iacobi, ac Hieronymi patronorum meorum, præsidio plures esse non ambigo, qui pleno ore, prima fronte, & ex cortice asserant nedum ignobiles maritos, qui ex Farfaniјs, iјs æquitibus descēdentes vxores duxerunt, pecheros censeri; sed etiam Farfanias ipsas fœminas, quo tempore ignobilibus nuptæ sint, ignobiles reputari; priui-
1 legioq; præfato minimè gaudere. Cum capita maritorum mulieres sequantur. l. fœminæ. ff. de Senato. l. fin. de incolis. lib. 10. l. ingenue, de murileg. lib. 11. l. mulieres, de dignitat. lib. 12.

2 Regulareq; sit, sui principalis naturam accessorium sequi. & quando vxores ignobiles hac ratione, nobilium maritorum priuilegiјs (citatis legibus) fungantur, contrariorum disciplina, apud iurisconsultos, vulgo receptissima eorum ignobilitate cō-
3 stante matrimonio notentur. l. 3. tit. 21. part. 2. l. 6. tit. 2. lib. 4. ordi. Regia. ac tradunt, quam plures doctores, ab Andræa. Tiraquel. (huius etiam sententiæ) citati (qui sic debent nostro in Regno intelligi) in tractat. de nobilitata. cap. 18. num. 16. cum sequent. atque secundum naturam sit, eas sequi incommoda, quas commoda sequebantur. vulga. reg. secundum naturam. ff. de regul. iur. reg. qui sentit. eod. tit. lib. 6. l. 29. tit. final. part. 7. quodq; cum Ars, & priuilegium naturam superare nequeat, sed ad summū eam, vel imitetur, aut adæquatur. §. minorē, instit. de adoptio. l. si pater. §. fin. eod. tit. & fœmina; quæ ex antiquitate, sanguine, & genere suisque ex natalibus nobilis sit, & hijadalgo plebeis nupta, non gaudeat sua nobilitate, vt probatur in. d. l. 6. Ergo prædictum priuilegium esto, quod ipsis fœminis nobilitatem det, & prærrogatiuam polyticam, & accidētalem, non debet cōsiderari, nec interpretari, vt illam eandē concedat earum maritis, cum hoc non causet vera, ac propria, naturalisque nobilitas.

3 ET cũ forma quã maritus in generatione præbet, omnium consensu, potentior sit (vt potẽ agens) materia à muliere tradita, quæ patiens est, ac omne agens nobilius sit patiente, vt tradit Bald in l. fin. C. de verbo. signific. & Petr. Rauenas in suo alphabet. verb. origo, consequens est, quod mulier cedat viro, tanquã prætiosiori. l. si in emptione. ff. de contrah. emptio. §. si tamen, instit. de rer. diuisio. Potentius enim quod minus dignum est, vnionis virtute, ad se trahit: notatur in. c. 1. extra ne sede vacan. Et secundum Philosoph. in. 2. de anima, & Proculum in lib. de causis, quando ad productionem vnius effectus cõcurrunt duæ causæ, quarum vna est prima, & principalis, altera vero posterior, & secundaria, effectus ipse denominatur, seu denominari debet à causa priori, & principali, non autem à posteriori, & secundaria.

4 Maximè cum mulier, sub viri potestate degat, & maritus ei dominetur, Genes. 3. epistol. prim. diui Petri, cap. 3. Paul. ad Collonicen. 3. & ad Ephesios. c. 5. vbi, virum mulieres esse caput testatur. Quod ipsum prius dixerat. 1. ad Corint. cap. 11. cap. 1. de frigid & maleficiat. c. non mechaberis. 32. quæst. 5.

Vnde & vxorem, eius ciuitatis ciuem esse, cuius, & vir sit, scribit gloss. l. ciues, vbi Bart. Angel. in fine, & Ioan. de Platea. col. 2. de incolis. lib. 10. pulchrè Bald. in consil. 139. incipien. statuto cõmunis Asisij. colu. 2. versic. secundo est considerandum, volu. 5. imò eiusdem esse originis, voluit glo. notanda in. l. origine. C. de municip. & origin. lib. 10. quam dicens ad hoc notabilẽ, plures alios eam commendantes Andræ. Tiraquel. citat in suo tracta. legum connub. 1. leg. nu. 29.

Vxor nempe de familia viri est; non patris. l. quicumque, & ibi not. Bart. de re milit. lib. 12. l. penul. §. Iulianus. ff. quod fals. tutor. aut. vbi videtur probari hoc quoq; in spõsa procedere, vt annotauit. Bal. ibi, & in alijs locis doctores plures, breuitatis causa à me omisi.

Quapropter nobilitatem, ex parte matris non considerari, idem Bald. notat in. l. fin. C. de seru. fugit. & est bonus tex. vbi gloss. in. c. 2. de conuersio. coniuga. & in. l. cũ legitime. ff. de stat. homin. l. 1. ff. ad municip. l. eos. l. nullus. l. exemplo, de decurion. lib. 10. facit glo. verb. nec sanguinis, in cap. dicat aliquis, & in. c. fin. 32. quæst. 4. glo. in. l. 1. vbi Platea. col. 1. de digni. lib. 12. glo. in. l. partum ancillæ. C. de rei vendica. & in. cap. statutum. 2. verbo, mane, in fin. de hæreticis. lib. 6.

Vbi Domin. á sanct. Geminia ex eo notat, quod filius nõ debet maternæ familiæ arma portare, sed paternæ.

Ita vt non valeat statutum, aut consuetudo, quod quis sit, aut nobilis reputetur ex materno genere. Vt voluit Bar. qui hoc dicit notandum, & perpetuo menti tenendũ, & post eum Angel. atque etiam ipse Platea, & Rebuf. in. d. l. exemplo, per illũ tex. qui id tantum Principi concedit. Cepol. in tract. de imperator. milit. deligen. in materia nobilitatis. 22. oppo. Barba. in consil. 57. incipien. præclare scribitur. col. 4. & col. 10. & sequen. vol. 2. & in. c. Raynutius. 4. col. de testamen. & ibi Guilliel. Benedi. in prin. nu. 15. Aretin. & Felin. qui id dicit singulare in. c. super eo. 2. col. 2. de testib. Corsetus in. c. grandi. 14. col. de sup. neglig. prælat. lib. 6. Mathe. Afflict. in constit. Scicil. incip. diuinæ iustitiæ. col. 3. versic. quæro quid si filius, & Iacobin. á sanct. Georg. in. d. l. fin. C. de ser. fugit. & in lect. 1. l. cum quædam puella. col. 1. ff. de iurisdictio omn. iud. Stephan. Bertrand. in consi. 24. incipien. dulcia pro dulci, post prin. vol. 2. Rebufus in tracta. nominationum. 12. quæst. nu. 18. vbi id declarat. & Mathe. Afflict. in. c. 1. col. 6. versic. Sexta nobilitas. titul. quis dicatur dux. quicquid Philip. Decius conetur in. cap. nouit, notab. 6. de iudic. ea ratione motus, quod statutum, aut consuetudo potest nobilitatem inducere, & ex ignobili, nobilem facere (vt late tradit Tiraquel. in. d. lib. de nobil. cap. 10.) cuius opinio posset procedere quando cõsuetudo induceretur, vel statutũ fieret ab imperatore, seu Principe, aut á populo superiorem non recognoscente. Nam quod nobilitas sit à patre, à iure ciuili inductum est: sicut ius agnotionis, quod tolli, & mutari potest. §. fin. instit. de legit. agnat. tutel. quod & Alciatus tenuit in. l. familiæ. §. fœminarum. ff. de verb. signi. & Præalleg. Rebuf. in cõcordan. tit. de collatio. §. cum vero, in verb. ex vtroq; parente, ad fin. Sed idem Philip. Decius in. l. fœminæ. 18. col. in paruis. nu. 74. ff. de reg. iur. inquit huiusmodi statutum, seu consuetudo inferioris non valeret, quia in. d. l. exemplo, derogatur consuetudini: ideo consuetudo contraria non valet per authen. nauigia. c. de furt. & authen. omnes peregrini. c. com. de succes. inde Bald. in. l. 2. C. de iure emphy. col. 2. & in. l. liberos per illum tex. ff. de Senator. milites carpit, qui matris nobilitate gloriantur, & respondet Anchar. in consil. 39. incipient. visis diligenter. Florian. in. l. qui testamentum in fin. ff. de proua. Aluaro. in. c. 1. §. cæteri. col. 3. versic. quæro etiã quoad nobilitatẽ. tit. quis dica. Dux Com. March. Ioan. Rayner. in tra.

nobilita.col.2.& in.6.q.5.q.princip. Angel. Aretinus in.§.serui autem.2.col.instit.de iure persona.Iass.in.l.1.in prin.col.5.vers.2.not.ff.de verb.obligatio Fräcis.Purpurat.in.l.imperium.col.3.versic.limit.3.ff.de iurisd.omn.iudic.& notab. Præalleg. Ancha.in consil.339.incip.pro maiori intelligentia.4.col.nu.5.vbi loquitur de Regina,quæ nupsit plebeio, cuius proles conditionem patris(secundum eum)sequitur nõ matris.Quod est multum notandum ad huius rei ampliationem, & Hostien. Ioann. Andræ.Panormit.& alij in.d.c.Raynutius, post princip. eos repræhendunt,qui fastu quodam superbiæ, sibi cognomina matrum ascisscunt, quia sint patribus nobiliores, ex eo arbitrantes nobilitatem,sibi comparari. Sic etiam ex antiqua AEgyptiorũ lege nullus,ex eis genitus spurius habebatur, etiam si ex serua esset genitus. Solum enim ducebant patrem esse generis autorem,matrem nutrimentum, & locum infanti,tantum præbere dicebant.teste Diodoro. lib.2.

Quæ (nifallor) ratio decisionis esse potest l.1.§.fin.ff. de iure immunit. vbi priuilegium immunitatis concessum generi, & posteris ad eos non pertinet,qui ex fœminis nati sunt.

Ignobilis autem vxorem nobilem ducens nihil dignitatis, aut nobilitatis ex eo sibi comparat.l.fin.C.de nuptijs.dict.l.mulieres, de dignit. Nec propter hoc nobilitatur, secundum Bart. & Iasson.in.l. vltim. C. de verborum significat.quem sequitur Ioann.de Plate.in dict.l. mulieres, & Francis. Curtius Iunior in consil.6. incipien. præsupponitur in ciuitate.8.col.nu.15. versic.4 ex alio comprobatur Ioann. Rayner. in dict.tractat. nobilit.6.quæst.5.quæst.principal.Bald.de Barthol.in tractat. dotium, part.10.col.4.versic.præterea vir nihil nobilitatis, Iasson in.l. si diuortio.col.3.ff.de verbor. obligat. Decius in.l.1.colun.3.C.de edend.Arze de Otalora in tract.de nobilit.4.p.c.7.nu.3.

Et ita ex nostris Palat. Rub. (citans Petrum de Antiboli, in quodam tract.de muneribus)in repetitio.rubri. de donat. inter vir.& vxor.§.32.nu.4.scribit, quod si plebeius contraxit matrimonium,cum muliere nobili, quæ consuetudine, vel forte de negligentia præscripta,nõ conferebat in tributis, imò bona sua tenebat franca,quæ bona dedit viro in dotem, maritus non tenebit illa franca, sed ratione illorum tenebitur in tributis conferre.Vxor enim alioquin nobilis, per huiusmodi matrimoniũ ignobilis efficitur:vt voluit Bart.in.l.1.col.5. nu.54. in fin. versic. Sed hoc potest mutari,&.7.col.in prin.n.62.& ibi Platea. col.2. de dignita.

de dignita.lib.12 Paul.de Cast.in.d.l.fin. de verb signif.Antoni, à Rosel.in tract. de potest.Imperat.& Pap.in vltim. quæst.vers. hanc dignitatem,Philip.Cornel.in consil.55. incipien. pro decisione.colun.4. volum.1.& in consil.26 incip.videtur dicendum. colun.fin.volum.4.Guid.Pap.in decisio.196.incip. nobilis circa medium,& in decisio.349.incip.in hac Curia,& decisio.380. incip.sed quid de muliere.Iacobi.à sanct. Georg. in. d. l. cũ quædam puella,Ioan.Rayner.in.dict.tract.nobilit. 6. quæst. princi. Palati.Rube.in repetitio. rubri. de donatio.inter vir.& vxor. §. 32.num.4.text.est in.l 3 tit.21.part.2.& notat Padilla in.l.voluntas.num.5. C. de fideicõmiss.Bonus est text.in.l. ingenuæ.C.de murileg.lib.11.ex quo not.Bald.in dict.l.cum quædam puella, quod mulier ingenua,quæ se vilibus maritis sociat perdit splen dorem generis,& text in l.é dicimus, in prin. cod. tit. de murileg.ex quo etiam citato in loco,ipse Bald. not. quod huiusmodi mulier natiuum decus amittit.Quamquam hos textus in diuersum trahit Roman.in.d.l.cum quædam puella, quam legit cum.l.si conuenerit.col.vlt.ff.de iurisd.omn.iudi.vt scilicet nobilis fœmina nubens ignobili, non amittat nobilitatem, sed ni fallor,ille fallitur;nam illæ leges, vel nõ loquuntur de matrimonio,sed de societate, siue concubitu, & consortio, vt ex eis, videre licet:quasi scilicet cum Gynecearijs, & monetarijs de quibus loquuntur,commertium libidinis haberent; vel si de matrimonio intelligunt, tamen ex eis intelligetur, eas si testato admonitæ,ab illis non diuertissent; sed in eo matrimonio persistitissent,splendorem generis amittere. Hodie autem cum diuertere non liceat, sed confestim,quam matrimonium contractũ est,necesse sit perpetuò manere consequens est, & eas continuo nobilitatem amittere.

Ita vt sint,qui dicant mulierem nobilem, statim quam viro ignobili,nupta sit,suæ familiæ dignitatem amplius non retinere,sed ipsam ignobilitatem assummere, vti Francis.Curtius Senior in cons.40 incipien.Cum in præsentiarũ.col.6.versic.præmitte etiam illud,ante num.16.cuius dictum pro notabili Fernãdus Aloazes,sequitur in reper.§.diui.l.filius famil.de lega.1.col. 18.versic.secundo, & notabiliter limitat.& apud Liuium.lib. 10.Decadis.1. Virginiam Auli filiam patriciam volumnio plebeio nuptam,matronæ sacris pudicitiæ patriciæ arcuerunt, quoniam desijsset esse patricia, quæ plebeio nupserat. Sed & Guid. Pap.in.d.decis.349.&.380.ex his dicit huiusmodi mulieré, etiam

viduam debere contribuere subsidijs loci, cuius tamen contrarium hodie cauetur in.dict.l.6. titul.2.lib.4. ordina. Regu. ibi: *Pero que si muriere, goze como fijadalgo.* Qua ex lege meo genio aliud singularius elicitur, nobilem plebeio nuptam, non omnino amittere eam natiuam nobilitatem, quam ante habebat, quim ipsius habeatur ratio, in ijs quæ naturam ipsam respiciũt, ponderando eius verba, quæ solum ad contributionem referũtur, ibi: *Que peche mientra que viuiere su marido pechero*, quæ fuit sententia Bald. in.1.lectio.d.l.cum quædam puella.1. col. nu. 2. versic. sed quid dicemus, dum quærit, quãtum ad alios effectus, vtrum nobilis nupta populari, quoad pœnas maleficiorum punietur pœna populorum, an nobilium. Quem sequitur Alexan. in consil.125.incipien.viso processu causæ.3.col.num.8.versic. ad istorum confirmationem.col.7.quem (licet meo in codice corrupte) Andreas Tiraquel. refert, & sequitur in.d. lib.de nobilit. cap.18.num 42.faciunt nota.per Bart.in.l.fin.§.penul.ff.ad municip.& per Felin.in.cap.1.de spõsal. Et voluit doctissimus Ioãnes Arze de Otalora in.d.tracta.nobilitatis.2.part. cap. 5. num. 32.subiungens huius conclusionis eam rationem esse, quia cum ius commune quantum ad nobilitatis effectus, sit generale, & solum per leges nostras, sit immutatum, & limitatum, quantũ al pechar, y contribuir, y en lo demas quede en su fuerça, y vigor. Videtur iuri, & æquitati consonum, vt alias nobilitatis gaudeat cæterisq; priuilegijs, prærrogatiuis, & beneficijs á iure communi concessis (de quibus ipse Otalora, late dicit in. cap.vltim. illius tractat.) quodq; facilius admittitur nobilitatis ius, & probatio vbi non ad tributorum, sed ad pœnarũ excusationem, vel ad alium effectum incidenter nobilitas deducitur, vt tenuit singulariter referens Innocen. Baldus in.l.nõ ignorat.C. de his qui accus.non poss.in.2.& 3 col. & scribit idem Otalora in.d.tract. 3.part.cap.8.pen.& fin.col.quem citat, & sequitur. D. Antonius de Padilla, in.l.si ædibus.col.penu.num.8.&.9. Præterea pro ista parte tex.capitalis facit in.d.l.1. in fin. ff. de iure immunita. ex quo colligitur dictum priuilegium, & si generaliter concessum filijs, & filiabus, & eorum descendentibus in perpetuum nõ extendi, vltra gradus expressos ad descendentes ex fœminis, cui alludit doctrina Bart.in.l.liberorum.col.4. versic. quid in rescriptis.ff.de verbo.signific.tenẽtis, quod in priuilegijs, quia sunt strictæ interpretationis.l.si quando.C.de in offic.testam. appellatione liberorum, non contineri nepotes, aut vlteriores, neque

appella-

appellatione descendentium comprehendi descẽdentes ex fœminis, vt in.d.l.1.& per.l.sed si milites.§.1.ff.de excusatio. tutor. Et quia, si dictum priuilegium extenderetur ad omnes descendentes, ex fœminis in perpetuum, & ad earũ maritos, esset valde præiuditiale, nimiumq; nociuum, & tam Regi, quam Regno, communitatibus, & singulis ciuibus damnosum, & ideo necessario est restringendum, vt saltem ad maritos non extendatur.cap.suggestum, de decimis.l.43.tit.18.par.3.

Deniq; in indiuiduo in propria specie, & istud solum hac pro parte sufficeret, priuilegium prædictum, Farfaniis ipsis fœminis non competere, si in matrimonium ignobilium trãseant, idem Bart.voluisse videtur in.l.quoties.nu.2.de priuileg.scholarium. lib.12.dicens singulariter notandum, ibi esse textum, quod priuilegium concessum alicui, & omnibus descendentibus masculis, & fœminis, ita demum competit fœminis, si nondum in matrimonium transierint, quia postquam virum asummunt ad alium dicuntur, se transferre, & statuum suum, & forum mutare. Quem ibi sequuntur Angel & Ioan.de Platea, Ludo. Roma. in.d.l.cum quædam puella, quam legit in.l. si conuenerit. ff. de iurisdict.omn.iudic.nu.9.vbi Zasius.nu 3.& Oroscius.nu.8.testã tur Bart.opinionem communiter approbatam eam sequuti, & sequitur etiam Iasson.nu.3.& in.l.1.ad finem.nu.13.ff. de constitu.princip.idem Roman.in.l.1.in fine principij.num.10.ff.ad Senat.Consult.Silan.dicens dictum textum illius legis, quoties ad hoc esse singularem, seq; ita de facto dixisse, & obtinuisse. Et illud dictum Bartoli esse multum singulare. Et ita obtẽtum fuisse de facto Brixien.dicit in suo repertorio, in verbo posteri, Pet. Philip.Corne.in consil.230.incipien. quamquam in hac consultatione.col.3 & iterũ col.antepen.versic.concludendum, vol. 3.Andræ.Barba.qui id dictum singulare, etiam dicit in additio. ad Bald.in.l.voluntas, in princip.C. de fideicommiss.& in. cap. proposuisti.nu.30.de foro compet.& in additio.ad Abba.in.c.in præsentia.col.6.de probatio.& in repeti. l. cum acutissimi. col. 65.de fideicommiss.Anton.Corset.in parte priuilegium.242.& singulare, ac pulchrum Petrus Rauenas, in suo alphabet. verb. priuilegium.fol.100.& iterum.fol.103.col.3.Laurent. à Palat. Rub.in tractat.statutor.excludentium fœminas, Chart. antepenul.2.col.versic.& adde, quod si concederetur.Felin. in.c.nouit. nu.2.de iudic.& in.cap.de monialibus.col.2.de sentent. excõm. Maria.Socin.in consil.168.nu.57.vol.2.Hippolit.in repet.l.vnic.

 de rapt.

de rapt.virgin.nu.220.& in rubri.de fideiussoribus.nu.113 Georgi.Nath.qui hoc etiam dicit singulare in repti.cap.quamvis pactum,Chart.17.col. antepenult.vers.vndecimo quæro, de pact. lib.6.Francis.Curti.Iunior.in consil. 5. incip. facti contingentia. col. antepenul.dicens dictum esse singulare.Francis.à Ripa.lib. 2.responsorum.cap.3.incipien.visis instrumentis,fin.col. & modernus quidam Hieronymus Cuchalon, dicens communem, hanc esse opinionem in additio.ad Philippum Decium,in dict. l.fœminæ.nu.83.ff.de regul.iur.Tiraquel.in tractat. de nobilit. cap.18.nu.16.& Padilla,in dict.l.voluntas.nu.3. Et facit quia priuilegium præfatum est contra ius commune.Ideo strictè interpretandum, nec extendendum de persona ad personam.cap. ex multiplici.cap.licet,&.c.dudum.de decimis; etiam ex maioritate rationis. gloss. verbo. cum enim.l. bene à Zenone.C. de quad.præscrip.& in.l.á Diuo Pio.in gloss.2.ff.de re iudic. quas in id,idem citat Ripa de Priuilegijs vltim.volun.caus.pestis. nu.6.

§. 3.

Ex tertij dubij parte affirmatiua.

Priuilegium interpretandum est, vt aliquid operetur. num.1.

Princeps in dubio plenitudine potestatis,vti intelligitur, quando nisi ita intelligeretur,actus aliter non valeret. nu.2.

Verbum,filijs in priuilegijs de adoptiuis intelligitur, quando in alijs verificari non valet, quia generare non posset is cui conceditur.nu.3.

Priuilegium datum Episcopo, vt possit testari intelligitur de bonis ab Ecclesia obuentis; non autem de patrimonialibus de quibus potest, absque vllo priuilegio testari.nu.4.

Mandatum prouidendi de beneficio in certa Ecclesia, includit Canonicatum, si in ea alia beneficia non essent.nu.5.

Verba generalia,quæ ponit Princeps in suis priuilegijs non debent tenaciter interpretari.ibid.

Priuilegium non debet adeó strictè interpretari, quod nihil operetur.ibidem.

Interpretatio lata fieri debet,ne rescriptum reddatur inutile.nu.6.

Verbum quantum vis minimum,& etiam syllaba cum ministerio,aliquid operandi apposita cẽsetur.nu.7.

Argumentum à contrario sensu, sumitur etiam si absurdum resultet, quando si non summeretur, verba nihil operarentur.nu.8.

Lex

Lex noua, quæ alijs nihil poterat operari, vt aliquid operetur, argumentum à contrario sensu assumitur, & si per illud ius commune corrigatur. nu. 9.

Extensio licita est in pœnalibus, quando de facili dispositio posset alijs reddi frustratoria, seu elusoria. num. 10.

Verba contra suam naturam late interpretantur, quādo dispositio redderetur frustratoria, nisi dicta interpretatio fieret. nu. 11.

Vsurarius manifestus, non potest condere testamentū, nec etiam recōciliari, aut causa mortis donare, nisi prius præstita satisdatione de qua in. c. fin. de vsur. lib. 6. nu. 12.

Dispositio, quæ non potest in esse produci, nisi certo modo, si simpliciter fiat censetur fieri, sub illo modo, quo fieri potest. nu. 13.

Dispositio, seu concessio generalis, quæ in vno casu speciali, dumtaxat potest verificari spetialis censetur. nu. 14.

Monitio dicitur nominatim facta, vt possit ex communicari, qui participat cum ex communicato, si dicatur moneo filium Petri, cum ipse Petrus vnicum haberet filium. nu. 15.

Testamentum derogatorium præcedentium, cū vnum tantum præcederet, pro speciali derogatione habetur. Vbi ostenditur Doctores, sibi ipsos contrarios. num. 16.

Accusatio de crimine facto in palatio, sine declaratione confinium an valeat. & quomodo id procedat. nu. 17.

Renuntiatio, vel remißio generalis, quæ de vno tantū potest intelligi pro specifica habetur. nu. 18.

Procurator censetur habere, speciale mandatum ad actum, ex quo Dominus potest cadere in pœnā si is, actus generaliter expressus in mādato sit vnicus; quamvis specialiter non fuerit declaratus. nu. 19.

Expressa dicuntur, & existimantur, quæ in vno tantū verificantur, etiam si quid expressum pro forma requiratur. nu. 20.

Expressa, ac specialiter dicitur, facta substitutio comprehensa, sub breuiloqua, si non, nisi in vnica posit verificari. nu. 21.

Specialis dispositio censetur, quamvis loquens generaliter, & per verba pluralis numeri, quæ in vna tātum specie verificatur. nu. 22.

Nominatim illud censetur esse factum, prout lex requirit, quando est factum in genere, & illud genus nō potest verificari, nisi in vna specie. nu. 23.

Loquutio generalis, & indefinita, quæ non potest referri, nisi ad vnum, æquippolet orationi speciali, & singulari. ibidem.

Venales res legato in generali continentur, quando aliæ res in eo, non possent includi. ibidem.

Bona ad culturam agri pertinentia, pro pignore possunt auferri, & capi quādo alia nō sunt bona. nu. 24.

Vidua

Vidua ignobilis mariti, tamen nobilis, non tenetur cõtribuere in subsidijs, & tributis. nu. 78.
Lex. 6. tit. 2. lib. 4. ordin. Regia. citatur. ibidem.
Coniux superstes venerandus est, in quo gloria deffuncti merito reluscet. Et cuius relicta mortui viri est imago, & è contra in cuius signum, super viuens lugubria portat. nu. 79.
Coniux pauper superstes, etiã stantibus filijs in quarta parte bonorum deffuncti, quæ centum libras auri non excedat succedit. nu. 80.
Lex. 7. tit. 13. part. 6. citatur, & ampliatur. ibidem.
Vidua stuprum committens nobilitate, & priuilegio maritali, non gaudet. nu. 81.

1 PROVINTIAM tamen hanc æqua lance pensanti contrarium in pacto iuris his minime obstantibus verius esse arbitror: tantumq; absit, vt lippis etiam, ac tonsoribus (vt est in prouerbio) legibus aptius videatur, ne dum vxores præfatas, ex dictis Farfanijs equitibus (vt competenter probatum est) descendentes, quamvis ignobili nuptas priuilegio, eisdẽ concesso paulò ante citato nunc potiri: verum ipsos maritos, ita ex hoc nobilitari matrimonio, quod vxoria participatione eos, non solum constante, sed quod magis mirandum est, easdem mortuas in viduitate manẽtes, dicto priuilegio gaudeant, & immunis atributis collectis, impositionibus, idq; genus alijs, in quibus nobiles non conferunt à quovis censeantur, & habeantur. Ea potissimũ ratione, quod priuilegium istud Farfanijs viris, æque ac fœminis, à præ citato Henrico cõcessum, nullam fœminis ipsis prærrogatiuam conferat, nisi quando ignobilibus nuptæ sint, quando alias virgines, seu cœlibes, ortæ cum sint ex nobilibus patribus, aut nobilibus nuptæ, priuilegio nihil operante, nobiles sint, & reputentur; & vt priuilegium aliquid operetur, atq; eisdem sufragetur interpretãdum omnino sint, quod ignobilibus nuptæ eo fungantur, & gaudeant. l. si quãdo. ff. de lega. 1. l. 1. ff. ad municip. l. diuus. ff. de vsu, & habit. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. ait prætor, in prin. ff. de iure iurand. l. si quando, in princ. C. de inof. test. l. post liminiũ. §. fin. versic. aliàs supervacua esset lex. ff. de capt. & post lim. reuers. l. 1. de thesaur. lib. 10. cap. pastoralis, & ibi Canonistæ, de appell. cap. in ijs, de priuileg. notandus nostra in specie text. in. cap. si Papa, eodem. titul. lib. 6. (cuius verba sunt.) *Ex hoc ipsius comprobatur exemptio, vt priuilegij nihil alias allatura concessio ei, cui conceditur, & sententia nullum aliter datura subsidium, Ecclesiæ pro qua fertur prærrogatiuam (cum verba aliquid operare debeant) conferat gratia specialis.*

2 Et ita videmus, quod licet in dubio Princeps potestatis pleni tudine, vti non videatur; quando tamen actus esset inutilis, & aliter non valeret, nisi plenitudine potestatis vteretur, tunc in dubio potestatis plenitudine, vti intelligitur. l. etiam. ff. de bon. liber. voluit Paul. Castren. in consil. 414. incipien. in facto præsenti non intendo adulari. 3. col. num. 5. part 1. cuius dictum pro singulari refert, & sequitur Hippol. (licet corrupte meo in codice) singul 84. incip. princeps in dubio. Et idem Paul. de Cast. in. l. ex imperfecto, in fin. C. de testamen. quem citat, & sequitur Alexand. in. l. 2. C. de testamen. milit. & Felin. dicens perpetuo notandum, in cap. 1. col. 8. nu. 27. de constitutio. & in. cap. cũ inter priorem. 3. col nu. 7. de except. & in. c. in causis. 2. col. de re iudic. & Philip. Decius in consil. 289. incipien. non est parui ponderis. col. fin. nu. 4. qui per totum responsum bene loquitur in proposito.

3 Et Bald. in. l. si quis posthumos, in princ. ff. de lib. & post hu. propter glossam ibi eleganter scribit, quod licet alias in priuilegijs, verbum filijs non intelligatur de adoptiuis. cap. adoptiuus, si de feud. fue. cõten. inter Domi. & agn. vasal. in vsib. feudo Si in alijs verificari non valeret, quia generare is non posset, cui conceditur, in adoptiuis intelligeretur.

4 Sic etiam Petrus ab Anchar. in consil. 182. incipien. pro parte Ecclesiæ. col. fin. dicebat, quod priuilegium datum Episcopo, vt possit testari, intelligitur de bonis ab Ecclesia quæsitis, nõ autem de patrimonialibus, de quibus poterat, absque vllo priuilegio testari, à Felino citatus, & sequutus in. cap. 1. col. 5. nu. 4. de rescrip inde & legatum, ita interpretari debet, quod vtilitatem afferat, & non reddatur inutile. l. si quando, de lega. 1. in prin. l. Titia. §. Lutius, de lega. 2. & respondet Angel. in cons. 277. incip. ponderandum est in hoc themate, & ne legatũ reddatur in vtile testator præsumitur hæredem duplici præstatione grauare: argum. l. meuius in prin l. qui concubinam. §. qui hortos, &. l. patronos. §. codicillis, & ibi Bar. ff de lega. 3. & nõt. Paul. de Cast. in consil. 224. incip. legatum prædictum. 1. col. part. 2.

5 Et Panormit. post Cardinal. in cap. fin. quasi in medio, de præben. asseruit, vt litteræ operarentur, mandatum prouidendi de beneficio in certa Ecclesia includere Canonicatus, si in ea alia beneficia non essent: licet alias vbi essent, non include rentur. Bonus est text. in cap. quamvis, el. 1. de præben. lib. 6. ibi: Vt litteræ operentur. Non ergo debent verba generalia, quæ ponit

Princeps

Princeps in suis priuilegijs tenaciter interpretari, vt dicit gloss. finalis in. cap. allegant. 26. q. 6. nec priuilegium adeo stricte interpretari, quod nihil operetur; vt post Imol. & Ioan Andræ. Felin. docet in. cap. causam quæ. col. 11. nu. 11. de rescrip. Nec enim verba in priuilegijs posita debent esse sine effectu alicuius operationis, vt respondet Marcus Mantua. in consil 191. nu. 74. & in consil. 313 nu. 4.

6 Quodq; ne rescriptum reddatur inutile, latam interpretationem fieri Bald firmauit in. l. sepe in. fin. ff. de offic. proconsul. & lega. Et facit, quod subdens esse communem opinionem scribit Hieronym. Torniel. in rubri. de verbo. obligatio. nu. 156. quod si in ipsa concessione emphiteosis fuit conuentum, quod liceat emphiteotæ vendere rem emphiteoticam, potest hoc casu illam vendere, etiam domino non requisitio: vt clausula illa aliquid operetur, ex quo certum erat, quod domino requisito poterat emphiteota, vendere rem emphiteoticam: quicquid Speculat. in tit. de locato. §. nunc aliqua, versic. 84 teneat adhuc in isto casu requiri consensum domini: cuius decisio communiter reprobatur. teste Iassone, in. l. fin. nu. 6. in fine. C. de iure emphit. & doctissim. Iulio Claro, in. 4. lib. sententia receptarum. §. emphiteosis, quæst. 13. vers. sed pone, qui ante dicta ratione Torniel. sequitur.

7 Vnum quodlibet enim verbum quantumvis minimum in omni dispositione, & etiam syllaba, cũ ministerio aliquid operandi apposita censetur; vt scribit idem Bald. in rubri. C. de contrah. emptio. quæst. 9. & ante eum glossa verbo, tanquam ad finem, in c. solitæ, de maior. & obedien. & in. l. fin. ff. quod met. caus. gloss. 1 in. l. postquam liti. C. de pact. & post Alexand. in. l. senatus. §. fin. quem legit in. l. cætera, de lega. 1. ipse Felin. scribit in. d. cap. 1. de rescrip. nu. 7. & omniũ latissime Andræ. Tiraquel. in suo tractat. cui titulus est nihil frustra, vbi plurima congerit prædictis, & huic negotio valde acommoda (quæ ibi videri poterunt, ac nolui hic breuitatis causa transferre) tradit Hippol. Marsil. in. l. 1. §. si seruus. nu. 4. cum sequentib. ff. de quæstion.

8 Qui in repeti. rubricæ, de probatio. nu. 18. cum sequen. citando eundem Felin. & alios dicit, quod licet argumentum à contrario sensu non debeat summi, quando resultat absurdũ, iuxta gloss. in. c. significasti de for. compet. cum simil. Summi etiam debeat, & si absurdum resultet, quãdo si non summeretur, verba nihil operarentur.

9 Sicut in simili, vt lex noua operetur, quæ aliàs operari non poterat, idem argumentum á contrario sensu asummitur, etiã si per illud ius commune corrigatur; vt est gloss. in. l. nulla, nisi enensis, iunct. authen. diaconissam. C. de episcop. & cleri. singularis, & communis voto docentium, secundum Barba. in rubri. de testamen. col. 18. quam etiam Iasson citat, & sequitur plura ex ea inferens, & alios referens in. l. 1. nu. 50. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict.

10 Adeò vt in pœnalibus licita, sit extensio, quãdo de facili dispositio posset, aliàs reddi frustratoria, seu elusoria. l. 1. §. pecuniã, & l. sequent. ff. de calumnia. quem textum ad hoc pro notabili allegat Anton. de Butrio in quæst. sua incipien. Bononienses.

11 Et vt verba contra suam naturã, latè interpretentur, quãdo dispositio frustratoria redderetur, nisi dicta interpretatio fieret. c. si ciuitas, de senten. excõm. in. 6. & ibi illum text. ad hoc notat Domini. á sanct. Geminia. & reputat singularem Panormit. in. cap. fin. de præben. 2. col. nu. 8. & in. cap. pastoralis, in princ. in. 2. notab. de appella. & meliorem de iure Iasson in. l. cum quidam col. fin. nu. 31. ff. de liber. & posth.

12 Dicens ad idem esse glossam notab. in c. quamquam in glo. fin. de vsur. in. 6. quæ vult, quod vsurarius manifestus, qui nõ potest condere testamentum, nisi prius præstita satisdatione, de qua ibi, non potest etiã recõciliari, nec donare causa mortis, ne aliàs dispositio illius. c. quãquã elusoria reddatur. Hic ego nostro in proposito dicendũ censeo, ne huiusmodi priuilegiũ, elusoriũ reddatur, fœminis Farfanijs, ita necesũ intelligi, ex eisq; descẽdentibus, quod ignobilibus nuptæ eodẽ potiãtur. si quidẽ priuilegio ipso, si tunc non fruerentur nullã eis prærrogatiuã cõferret.

13 Quibus accedit, quod quando dispositio nõ potest in esse produci, nisi certo modo, si simpliciter fiat, cẽsetur fieri, sub illo modo, quo fieri potest. casus est peregrinus in. l. Gagllus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posth. secũdum Iass. ibi ante num. 1. vbi auus instituendum, simpliciter ne potem, posthumum censetur instituisse subducto filio de medio in vita testatoris, qui aliàs tempore Galli institui non poterat, nisi dicto casu.

14 Vlterius dispositio, seu concesio generalis, qualis est prædicti priuilegij, quæ in vno casu speciali (scilicet, quando ignobilibus fœminæ nuberentur) dumtaxat potest verificari, specialis esse censetur; & perinde habetur, ac si illud expræssim in forma specifica concessum fuisset. l. si optio. ff. de optio. lega. quem

text.

text.reputat menti tenendum Aretin.in.l.2.§.& harum, col.pe nul.ff.de verbo.obliga.text.est in.l.si tibi.§.1 & ibi not.Bart.eodem.tit.de opt.leg.l.si domino, vbi Bart.& alij.ff.de lega.1. & l. patronus.§.1.ff.de lega.3.& in.c.ex parte.& ibi gloss. vlt. & Panormit.ad hoc not de offic.de lega.& tradit nouissime Francis. Serra. Barcinonensis in consil. pro domino Ioanne de Luna.15. in.2.dubio.num.97.

15 Facit quod voluit gloss.verbo nominatim, in.cap.cõstitutionem, de senten.excõm.lib.6 quam ibi sequuntur Ioan. Andræ. & alij, quod monitio dicitur nominatim facta, ad hoc, vt possit excommunicari, qui participat, cum excommunicato, si dicatur moneo filium Petri, cum ipse Petrus vnicum filium haberet per text.in.l.2.de lib.& posth. & illam glossam existimat singularem Francis. Aretin.in.l.1.col 2.ff.eod.tit.quod in actibus, qui etiam ipso iure irritantur, nisi quicquam nominatim fiat, vt est in illo casu, satis sit exprimi, per aliàs demostrationes, idem significantes. Et ideò, si ex lege exprimendus sit hæres nominatim, sufficit si certitudinaliter exprimatur, adeò quòd certus sit de quo senserit: vt declarãt DD.in.l.nominatim.ff. de lib. & posthum.vbi Iasson late.nu.6.quia cum hoc solum respiciat, ne falsitas committatur in hæredis nominatione, cum certus sit, non est curandum de modo. Et hoc est, quod diffinit text. in d. l. 1. & 2.de liber.& posth.& tradit Ludoui.Gometius in reg. de annal. possess.quæst.30. quod est admodum notandum ad intellectũ. l.31.in Comitijs Taurinis; vbi.num.3. Fernandus Tellius doctissimus aduocatus Granatensis, in hanc videtur inclinare sententiam.

16 Sic Bart.scribit in.d.l.2.per illum text. de lib. & posth. quod si vnicum testamentũ præcessisset, in quo testator apposuit clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta, videlicet quod non valeat, aliud testamentum postea factum, nisi certa verba in eo apponantur, postea fecit secundum testamentum in quo generaliter reuocat omne testamentũ præcedens, per istud secundum testamentum censetur primum reuocatũ, tanquã fuerit facta mentio expræssa, & specialis præcedentis testamenti, & clausulæ derogatoriæ in eo appositæ, cũ sit vnicũ, de quo illa generalis reuocatio apposita, in secundo possit intelligi. Et idẽ tenet ipse Bart. in.l. siquis in principio testamenti, col.4.nu.9.vers. sed quæro, si esset ponere casum, & ibi Ange.vers.3.quæro.ff. de lega.3.& respondet idẽ Bart. in consi.21.incip.vt dixit, & asseruit

ad finem.Bald.in l.humanum.col.fin.C.de legibus.nu.5.& Angel.in consil.365.incipien.quædam domina vanna.col. fin. Ludo.Roman.in consil.385.incipien.in casu præmisso, quo quæritur,Ioannes Anan.consil.56.incipien.in nomine,&c.His,quæ in facto,& ibi Ludoui.Bologni.in addit.Alexand.in consil.134. incipien.præuiso themate 3.col.nu.8.vol.1.Benedict.Capra,cons. 30. incip. punctus fuit, quædam domina Constantia.col.3. & in consil.sequen.incip.punctus quædam domina Magdalena. col. penul.& Barba.in.c.cum esses.col.37. de testam. Guido Pap. in consil.65.incipien.viso themate.10.col.versic. Item dicta dubia, Socin.in consil.2.incip.in causa testamentaria, col.3. versic. postremo.vol.3.& Iasson,qui id reputat singul. in consil.56.incip. circa primum scilicet priuilegium.col.penult. versic.& ad hoc confirmandum,volu.1. quicquid contrarium præcitatus Angel. sibi aduersarius,Imol.Raph.Cuma. Paul. Castren.& Alexand. sibi etiam contrarius,& Franc.Aretin.tenuerint in.d. l. 2. de lib. & posth. & Bald. sibi quoque contrarius in authen. hoc inter liberos,paulòpost princip.C.de testamen.Raph.Cum.in.d.l.siquis in principio de testam.Paul.de Castro in cōsil.284. incip. in facto præsenti.3.col.vol.1.Alexand.in consil.25. incip. viso testamento.2.col.vol.3.vbi dixerat hanc esse communem opinionem,quā semper sequutus est legēdo,& cōsulendo,& in consil. 7.incip.videretur prima fronte. fin. col. vol.4 quod errore impressorum ad litteram repetitum est,consil. 44. eiusd. voluminis,& idem Alexan.in consil.156.incipien.viso testamēto. 1. col. vol.7.& consil.162.incip.visis narratis.2. col. & consil.172. incip. visis testamentis.1.col.eod.vol.quibus in locis,etiam dicit communem opinionem , Iasson sibi item contrarius in. l. sancimus col.3.versic.vltra Bald.adde quintam fallētiam. C. de testamē. Sthephan.Bertran.in consil.61.incip. quamvis donatio. num.3. vol.3.Anton. Rube.in consil.24. incip. præsupponitur in facto. 4.col.num.12.Socin.sibi aduersarius in.l.si mihi, & tibi. §. in legatis.4.col.nu.8.ff.de lega.1.quibus minime fauet, quod in. d.l. siquis in principio testamenti,testamentum tantum vnicū , seu vnica præcesserat dispositio in qua aderat clausula derogatoria sequentis dispositionis,& sequens dispositio cōtraria erat in eodem testamento,vt ille text.dicit in versic.eodem,& tamen requiritur specialis derogatio,vt ibidem dicitur. Nam textus ille non loquitur de reuocatione alterius testamenti (nostro vt in themate)sed de reuocatione legati,in qualibet vltima volūtate

facienda,

facienda, vnde licet non poſsint præcedere plura teſtamenta in pagano, plures tamen poſſunt præcedere codicilli, in quibus proteſtationem,& clauſulam derogatoriam teſtator poteſt apponere: quorum ratione relatio, ibi potuit fieri tam ad plura, quam ad vnum. Quod nõ eſt in quæſtione Bart. ſed nec id procedit, cui proximi citati doctores innituntur fundamentum, ſcilicet ſi ipſius illud Bartoli fuiſſet verum, quod quando præcedit vnum ſolum teſtamentum, verba ſufficiant generalia, ſequeretur, quod nunquam requireretur ſpecialis mentio de clauſula derogatoria, ſed ſemper ſufficeret clauſula illa generalis, caſans omne teſtamentum præcedens, ex quo nunquam poſsit præcedere, niſi vnum teſtamentum, cum per vltimum ſemper tollãtur præcedentia, etiam ſi teſtator mile feciſſet teſtamẽta. Nam licet teſtator, cum pluribus his teſtamentis validis nõ poſsit decedere, donec tamen viuit, teſtamenta illa ſunt in pendenti, & quia ignoratur, quod eorum valebit, quando teſtator morietur, cum poſsit illorum quod velit delere, & cancellare, conſequens eſt, quod debeat fieri, hoc in caſu ſpecialis mentio teſtamenti, quod continet verba derogatoria, quia poſſet referri ad alia teſtamenta, in quibus huiuſmodi non ſunt verba: & ita accipienda ſunt, & procedunt, quæ nouiſsime tradit Fernandus Vaſquius Menchacenſis, doctiſsimus Pincianus in lib. 2. de ſucceſ. creatione. §. 17. nu. 71. ſed quando vnicum tantum præceſsit teſtamentum, Bartolus vt loquitur prædicta in ſpecie, tunc nõ poteſt referri, niſi ad illud, & tunc generalis illa clauſula pro ſpeciali habetur, & nominatim facta: vt in. d. l. 2. de liber. & poſth. ſed & ſi Alexander, cum alijs, ſupra relatas Bartoli ſequaces autoritates vidiſſent, non ita paſsim dixiſſent contra eundem Bart. communem eſſe ſententiam, vt aduertit ibidem Iaſſon in. 3. colu. ante num. 12. qui parum, hoc in negotio conſtans Bart. ſequitur poſt Paul. de Caſtro, quem ſibi quoque contrarium, ſequentẽ Bart. tandem reperio, in conſil. 408. incipien. dubitatur an per dicta verba, part. 2. ſed & hanc Bart. concluſionem, vt ſufficiat, quod talis derogatoria non poſsit verificari, niſi in vno. Communem eſſe Ioan. Rubeus Alexandrinus, & ſi obiter ſcribit. d. conſil. 24. ante num. 10. col. 4.

17 Neque his diſsimile eſt, quod ipſe voluit Bart. in. d. l. 2. de lib. & poſth. & ſequitur Alexand. ibi quod ſi aliquis accuſat alium de maleficio commiſſo in palatio poteſtatis Bononiæ, & nõ appoſuit confinia, iuxta l. libellorum. ff. de accuſatio. & l. forma in

princ. ff. de censib. talis procedit accusatio; cum sit vnicum, & notum potestatis Palatium. Et idem tenuit ipse Bart. in. l. demostratio falsa. 7. quæst. ff. de condi. & demostra. & in dict. l. libellorum in prin. col. 2. versic. circa hoc quæro, & in. l. cũ seruo, per illum text. de contrah. emptione Iacob. Aret. Cyn. & Imol. in. l. cum pater. §. fin. per illum text. de legat. 2. Bald. & Roman. in. l. certum. ff. si cert. pet. quod iam habui in facto, & cum fere similis eueniret casus, ita iudicaui, & si cõtrarium teneat Angel. in. l. hac cõsultissima. 1. col. nu. 2. C. qui testam facer. poss. dicens hanc suam contra Bart. opinionem consuetudinem seruare, & ita fuisse determinatum Bononiæ in persona Gaudini tempore sui syndicatus, & ita ipse Gaudinus refert in suo tracta. maleficio. in rubri. qualiter fiat accusatio. 2. col. nu. 3. in paruis. Cuius tamen dictum tunc posset procedere, quando in huiusmodi accusatione mentio facta non fuerit, in quo loco palatij crimen fuerit commissum: cum delictum non sit vniformiter punibile, in quocumq; loco palatij fuerit perpetratum: siquidem grauius puniatur patratum in aula superiori, quam in inferiori, vt considerat Iasson in. d. leg. 2. col. 4. nu. 14. ideo locus loci debet poni, vt docet ipse Bart. in. d. l. libellorum, in prin. 2. col. num. 7. & in. l. pupillo. §. qui nuntiat, & ibi recentiores. ff. de oper. not. nuntia. quæ sunt notanda ad intellectum. l. 14. tit. 1. part. 7.

18 Facit quod tradit idem Bart. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. 6. quæst. ad finem. ff. de verbo. oblig. quod si fratres tempore diuisionis mutuo, sibi remittunt omne ius quod habent, aut habere sperant in rebus alteri relictis, si non erat alia causa sperãdi, nisi solum ius fideicommissi, per talia verba videtur nominatim, & specialiter illud ius remissum. Et idem in similibus casibus consuluerunt. Paul. Castren. in consi. 193. incip. super isto puncto occurrunt tria videnda, ad fin. & Bart. Socin. in cõsil. 150. incip. do minus labia, &c. Et nos introducere dignetur. 5. col. nu. 11. vers. pondero, etiam secundo, vol. 1. & Decius in consil. 386. incip. hoc capite, in ciuitate Placentiæ. col. fin. vbi tradunt renũtiationem, siue remissionem generalem haberi, pro expræssa, ac specifica, si de vno tantum possit intelligi.

19 Et inde Bald. in consil. 13. incip. magnifico, vol. 5. respondet, quod procurator censetur habere mandatum speciale ad actũ, ex quo dominus potest incidere in pœnã, si is actus generaliter expræssus in mandato sit vnicus, quamvis specialiter non fuerit declaratus. Et si procurator, non possit facere dominum cadere

 in pœnam,

in pœnam, nisi expræssum sit mãdatum. l. si pater. ff. de his, quæ in frau. cred. & not. Guill. & alij in. l. sed & siquis. §. quæsitum. ff. de quæst. & tenuit idem Bald. in cons. 181. incip. factũ super quo petitur volumin. 5. & si contrarium, quod hoc in casu expræssio in genere non sufficiat velit notare glo. verb. nominatim, in Clemen. 1. de vit. & honest. cleri. quam sic intelligit, & declarat Panormit. in. c. in Lateranẽsi, ad fin. de conces. præben. & voluit Ioan. Francis. de Ripa in. l. 1. col. 9. versic. vltimo limitatur. nu. 66. ff. de vulga. & pupil. quæ glo. & Panor. si rectius perpẽdantur loquuntur, & procedũt, de eo quod debet fieri nominatim, quod aliud est, quam expræssim. l. lecta, versic. pactũ autẽ. ff. de reb. credit. & nuncupatim, ita respõdet Barba. in cons. 48. incip. illud afferam. 4. col. versic. ego pondero, vol. 1.

20 Et satis dicitur expræssum, quod in vno tantum verificatur; etiam si quid expræssum, pro forma requiratur, secund. Fracis. Curti. Senior. in consil. 50. incipien. memoriæ recolendæ. 21. col. nu. 126. & Iass. in. l. Gallus. § quidam rectè, in. 2. lectio. 2. col. vers. nota ex isto text. & in. d. l. 2. de lib. & post. & si dispositio in numero multitudinis loquatur, per. l. titius, in princ. secundum vnam lect. ff. eod. tit. & ita ibi voluit Sali. Imol. Franc. Aretin. & Alex. & Paul. de Cast. in. dict. l. 2. in fin. & ibi Iasson. col. item. 2. versic. istum text. sic corrobaratum. Quamvis Lancellotus Politus in tract. substitutio. in materia vulgaris substitutio. in. 2. quæst. neget, quãdo aliquid expræssum à lege pro forma requiritur sufficere ad impleri verbis generalibus. In qua sentẽtia post Bart. fuit Iasson in. l. prætor in prin. 3. col. nu. 10. ff. de oper. not. nuntiatio. Et Franc. Aretin. in. d. l. 1. col. 5. nu. 7. vers. secundo videtur; & Socin. ibi. 8. col. nu. 13. versic. secundo limita. ff. de vulg. & pupil. qui de relatione generali, quæq; ad generale, quippiã refertur loquuntur, & intelligi debẽt, quod ista nõ satisfaciat formæ, cũ sit generalis, & impropria. Secus autẽ de relatione speciali, aut singulari, quæ ad aliquid speciale, siue singulare refertur: quarũ vtraq; dicitur vera, & propria expræssio. d. l. 2. & l. titius de lib. & posth. l. turpia. §. fin. de lega. 1. l. penul. ff. de duo. reis, & explicat Carol. Ruynus in. d. l. Gallus. § & quid si tantum, & ita procedũt Bald. Angel. & Imol. in. l. asse toto. ff. de hæredib. istitu. Scribentes satis esse si exprimatur nomen hæredis, per relationem, ad aliud licet expræssio requiratur pro forma. l. iubemus. C. de testa. & l. hæredes palã in prin. ff. eod. vbi idẽ tenuit Paul. de Cast. & in. l. hac consultissima. §. per nuncupationẽ. C. eod. & in. l. vbi

autem.§.illud,& ibi etiam Alexan.ff.de verb.oblig.& idē Alex. in consil.176.incipien.viso processu.2.col.vol.5.Saly.in.l.fin. C. de fideicōm.& Nicola.de Neapoli,in.l.his verbis,in prin.ff. de legat.3.facit quod voluit Angel.in.l.pluribus,in princ.per illum text.ff.de verb.oblig.qui & hoc trahit statutum,quod scriptura facta manu propria habeat executionem paratam,vt procedat & in scriptura manu aliena facta, debitoris tamen manu subscripta. Nam cum subscripto se referat ad scripturam præcedētem,non secus habendum est, ac si totum propria manu scripsisset.Et post eundem Angel.volunt Imol.Alexand.& Francis. Aret.in.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff. de verbo. oblig. & ipse Aretin.in.l.si per epistolam in princ.ff.de acqui.hæred.

21 Qui dicit in.d.l.1.de vulga.nu.7.& post eum Soci.ibi, & Iasson,qui hoc reputat singulare.4.col.nu.20.& Ripa.10.col.nu.78. quod licet substitutiones comprǽhensæ, sub breuiloqua, seu reciproca substitutione dicantur expræsse comprehensæ in genere,& tacite in specie,vt declarat Bart. in eadem.l.1. col.2. tamen si huiusmodi substitutio non verificetur, nisi in vnica tantum,vt in casu leg.2.C.de impub.& alijs,& in.l.iam hoc iure.§. 1.ff.de vulg.& pup.hoc casu dicetur specialiter facta, & non in genere.Quod sequitur dicens singulare Fernand. Aloazes in repet.§.diui.col.26.leg.filius famil.delega.1.sic Angel.in.l.1.§.interfilium.ff.ad leg.Cornel.de fals.prout illum refert, & sequitur Alexan.in addicio.Bart.in.d.l. prætor, in princ. illud inquit, dici specifice expræssum,quod fit per relationē ad aliud. Quorum ea ratio est,quam Bald. tradit(quem præfati doctores nō memorant)in consil.212.incipien.ea quæ veniunt,volu.5.quod illud,quod intelligitur per relationem ad aliud, dicitur vere,& proprie intelligi,per.l.Theopompus.ff.de dot.præleg. Nam natura(inquit)relationis est natura veritatis, ex coniūctione scripturarum patentis,& omne quod ex natura dicitur, proprie dicitur,etiam in statutis loquendo(quorum verba proprie, & vere,non ficte debent intelligi.l.3.§. hæc verba.ff. de nego.gest. cū simil.)quod pro singulari,& egregio refert Iasson in.d.§. illud.l.vbi autem.1.col.& Catel.Cota in memora. incipien. relationis natura.& ita procedit,& accipienda est gloss.l. quamvis. C.de fideicōm.quod quando in statuto, vel lege non potest assignari,nisi vnica ratio illa habetur pro expræssa. Quam ibi sequuntur.Bald.in princ.Paul.Castren.Raph.Fulgo. Petr.Philip. Corne.& alij recentiores post Iass. concordan. adducentem, &

idem Iasson, qui alios citat in consilio. 112. incipien. imprimis, col. fin. vol. 1. & multo plures Andreas. Tiraquel. nouissime in lib. cessante causa limitatio. 21. nu. 7. cum plurib. sequent. vbi cũ Bald. in. d. l. quamvis, & alijs quos ibi refert docet tunc non esse interpr æ tationem extensiuam, sed intellectiuam, & procedere tam in testamentis, quam in statutis.

22 Idq; etiam in Correctorijs, etsi expræssum pro forma requiratur, & dispositio loquatur numero plurali.

23 Sic in simili, illud cẽsetur esse factum nominatim, prout lex requirit, quando est factum in genere, & illud genus non potest verificari, nisi tantum in vna specie. l. nominatim. ff. de lib. & posth. §. nominatim, insti. de ex hær. lib. facit tex. l. fundus, qui locatus in fin. ff. de fund. instruc. vbi generalis, & inde finita loquutio, quæ non potest referri, nisi ad vnum æquipollet orationi speciali, & singulari. Et licet in legato generali, res venales nõ veniant. l. generali. §. vxori, & ibi Iacob. Butri. ff. de vsufruct. lega. si sub tali legato non possent, nisi res venales includi legato continerentur: text. est notabilis iunct. gloss. in. l. pediculis. §. itẽ cum quæreretur. ff. de auro, & argent. legat. plura demum præfatæ sententiæ faciunt (quæ scienter ommitto à Iassone cõgesta in. d. l. nominatim, vbi citando Angel. & vtrumq; Imol. in. l. 4. de legat. 1. scribit, quod si quis legaret alicui equum suum (vt ipse loquitur) morelium, & nullum habeat moreliũ, sed vnum tantum album, quod ille albus cedet legato refert, & sequitur Hippol. Marsilien. in rubri. de fideiussor. nũ. 201. vbi inter alia multa, quæ more suo congerit.

24 Inquit perpetuo menti tenendum (neque citra rem) quod licet ad culturam agri pertinentia, pro pignore auferri non possint. l. executores. l. pignorũ gratia, authen. agricultores. C. quæ res pign. oblig. poss. pro pignore posse capi; si alia bona non essent, vt censuit gloss. secundum eum notabilis in. d. l. exequutores, & in. l. spem, eod. tit. & in. l. stipendia. C. de exequ. rei iudic. & in. c. peruenit, de fideiussor. quas sequitur Montal. in l. 5. tit. 19. lib. 3. for. leg. & in suo repertorio, verb. pignus, Ludoui. Gometius, in. §. item seruiana. num. 30. instit. de actio. quibus consonat lex (ita accipienda) 23. tit. 21. part. 2. & pragmat. circa mulas, & equos ab inuictissimo Carolo, huius nominis quinto Cæsare in Comicijs, apud Toletum habetis, anno. 1534. quæ hodie habetur, post curialia capitula eodem, anno Madriti habita. Secundum quæ intelligendæ sunt leges. 4. & 5. tit. 13. part. 5. ac dicta

lex fori,&.ll.7.&.8.tit.12.lib.5.ordina.Regia. & prouisio Regia à potentissimo huius nominis, secundo Philippo Hispaniarum, & noui orbis Rege,data en Aranjuez.23.die mēsis Octobris, anno.1562. *Para que los criadores de los cauallos,no puedan ser executados en las yeguas de vientre que tuuieren,por deudas de los pechos,y seruicios reales,como en otra qualquier manera.* Et ita, & consuetudine seruatur. Quicquid velint Petrus Cynus, Baldus, & Salicet. & fere omnes in. dict. leg. executores tenentes ad agriculturam necessaria pro pignore capi non posse, quamvis alia bona non essent.

25 Ex his etiam percipies glossam,verbo,dignitate, in.l. nepos procul.ff.de verbo.signific. (singularem secundum Iasson in. d. §.item seruiana.nu.65.)innuentem arma militibus, auferenda non esse,nec libros scholaribus,intelligi debere, si alia bona habeant,esse tamen,& ea auferenda,si alia bona non habeant. Vt scribit Hippolitus in.dict.rubri.nu.202.& modernior Robertus Maranta de ordine iudiciorum.3.part.6.part.principal.actu.3. nu.46.fol.paruo.300.pag.ex quibus, cum constet, sub generali obligatione,minime compræhensa,compræhendi,vtique quādo alia,non extarent bona. Etiam liquet huiusmodi priuilegij generalem cōcessionem,dictis Farfanijs fœminis à serenissimo Rege Henrico factam,quæ in vno dumtaxat casu, nempe quādo ignobilibus nuberentur,& nō in aliquo alio verificari, & locum habere potest censeri ad hoc speciale; vt ignobilibus, nuptæ,eodem priuilegio gaudeant. Siquidem aliter quo ad eas nihil operatur. Et secundum Philosophum frustra, sit potentia, & facultas,quæ nunquam potest exire in actum.

26 Idq; maximè procedit si consideres argumentum à partium enumeratione in iure validissimum, de quo plene per Euerardum,suæ topicorum centuriæ loco.51.quo fit quod cum nobilibus,nuptis, ex quo maritali coruscant dignitate concessum prædictum priuilegium non intelligatur, nec eadem ratione virginibus,aut aliàs mulieribus continentibus, seu viduis, quæ paternam conditionem sequuntur, consequens sit concessum, dumtaxat intelligi nuptis ignobilibus:argu.text.notab. in prin. instit.de obligatio. quæ ex quasi contract. nascuntur. Et hoc ratio suadet,quæ cuiuscumq; dispositionis dictum interprætatur, & ad limites ipsius rationis deducit.l. cum pater. §. dulcissimis. ff.de lega.2.l.adigere.§.quamvis.ff.de iure patrona.ac copula in dicti priuilegij concessione posita in dicat, quæ eius est naturæ,

quod

quod auget, & ad præcedentia adducit. l. ea tamen adiectio, iunct. glossa, & ibi Bartolus notat. ff. de legat. 3.

27 Præterea ex quo maritus, & vxor correlatiua sunt. l. fin. in prin. vbi Bart. & Doctores. C. de in dict. vid. tollen. Bal. in auth. quas actiones. 2. col. C. de Sacrosanct. Eccles. Petr. ab Anchar. in cap. Canonum statuta. 11. Chart. versic. vlterius quæro vtrū ista correctio, de constitu. vnius immunitas in altero consideratur: si quidem vnum non potest esse sine alio. Vnde cum vnum supponat aliud ratione mutuæ correlationis, dispositum in vno, & in alio intelligitur dispositum. Quodq; vni conceditur, & alteri censetur concessum. d. l. fin. leg. 1. C. de Cupræs. ex luco. Daph.. non ceden. lib. 11. l. fin. ff. de acceptila. tradit gloss. in. l. 1. C. ne fideiusso. dot. dent. & in. c. debitum de Baptis. & in Clemen. 1. verbo æternaliter, de Sum. Trinit. & fide. Cathol. tradit latissime Baptist. de sanct. Blasio in suo tract. correlatiuo. & Hippol. (qui multa allegat in proposito in. l. si quis viduam. nu. 14. cū sequen. ff. de quæstio. & in. l. circuncidere. §. seruo. nu. 3. ff. ad leg. Corne. de Sicar. post Iasson in. d. l. fin. de in dict. vidu. tollend. optimus est text. l. 1. tit. 14. par. 2. idque Ethymologia huius vocabuli correlatiuum clare docet, cum componatur, ex dictione cor, quæ exponitur pro simul, & hoc termino relatiuum, atq; ita idem importet, quod simul relatiuum, argum. l. labeo. §. cōtractum. ff. de verbo. signi. & l. reos in princ. ff. de duob. reis.

28 Ideo Bart. in. l. 1. in fin. verb. ff. quod met. caus. notandum ibi esse textum ad multa dicebat, & præsertim quod si lex, vel statutum aliquid dicat de vxore, certe cum vxor non possit esse sine viro, debere etiam intelligi, vt loquatur de viro. Quod idem ipse notauerat in. dict. l. fin. de acceptila. & expræssius in pulchra casus specie Iasson, tradit in. d. consil. 112. incipien. imprimis, vol. 1. ex quo enim contractus matrimonij est respectiuus, quod permititur mulieri, de necessitate, viro eam accipienti permissum est: vt docet idem Bart. in. l. liberorum. §. notatur. ff. de ijs, qui notan. infamia.

29 Imò quod magis nota dignum est, etiam in pœnalibus respectu pœnæ dispositum in marito, ad vxorem extendi, Panormitanus voluit in Proœm. Gregoriano. 2. col. nu. 9. citans eundem Barto. in authen. qui semel. C. quomo. & quand. iudex. Vnde cum in his Regnis maritus, qui contrahit secundas nuptias prima vxore vidente, signetur in fronte cum ferro ignito insignū. Q. leg. 6. tit. 15. lib. 8. ordina. Regia. vxor ipsa, quæ primo marito

 viuente,

viuente,cum alio matrimonium contraxisset, eadem pœna est punienda: vti singulariter censuit Montaluus in.l.2.tit.7.lib.4. fori legum,& sensisse videtur, idem Bart.in.d.§.notatur & cum hodie pragmatica á nostro magno huius nominis, secundo Philippo Hispaniarum, & noui orbis Rege in binubes Madriti lata.3.die mensis Madij, ann.1566. quæ hodie lex est.8.titul.20. lib.8. recopilatio. nouæ leg. Regiar. caueatur, quod præfata pœna commutetur in publicæ verecundiæ pœnam,& ad ministerium triremium per deceniū. Consequens est, huiusmodi vxorem,quæ primo viuente marito,cum altero matrimonium contraheret,eandem pœnam hodie subeūdam,vt probatur,dictis in iuribus,& ita procedit,text. in.l. mulier in opus salinarū. ff.de capti.& post lim.reuers.Nouumq; aut acerbum in fœminis videri non debet,cum vltra ministerium remorum ab hominibus in triremibus fieri solitum, alia in eisdem desiderétur ministeria, quæ fœminæ possint explere. Qua de re in.d.pragmatica,ministerij remorum mentio particularis non fit, quod á mulieribus est alienum,sed dumtaxat ministerij triremium. Quod sexui vtriq; potest conuenire. Altera pœna (de qua in c. ad audientiam,de crim.falsi.)qua facies deturpabatur, iam abolita,ex ratione.l.6.tit.31.par.7.&.l.si quis in metallum.C. de pœnis quam citat AEgidius Bossius in sua pract.tit. de homici. nu. 41.)vbi nu.sequent.tractat.de punitione eorum,quæ cum vitro cultello,vel nummo incidunt facies mulierum, quod pœna debeat esse acris,nisi succedat remissio partis.) Quæ tamen pragmaticæ nouissimæ pœna meo iudicio,saluo verum legentium, quoad tale triremium ministerium in nobili mulieri practicanda non videtur argum.eorumq; Ioan.Arze de Otalora,tradit in tract.de nobilit.5.part.prin.cap.fin.nu.4 & satis probatur in.l.aut damnum.§.ministerium,vbi glos.ff.de pœnis licet(verum vt ingenue fateor)mihi non quadrat,quod mulieres ad triremium ministerium cōdenentur ob peccata, quæ ab eisdem, & cum eisdem ibidem possent,& solent facile perpetrari, quæ cum posint,& debeant caueri á iudicibus, omnino curandum erit. Vnde aliquando apud Malachā,quædam mulier cōdemnata fuit, vt de trusa per certum tempus maneret, en el Peñon de Velez.(quod executum fuit in quadam,quæ dicebatur Mōcesdoça) & nonnunquam Hispali,condēnatæ sunt mulieres,quædam in exilium perpetuum, aut temporale horum regnorum, ne redirent ad hæc Regna, sub pœna mortis eis iniunctum. Ite

in causa Mari Martine calumniatrix Licen. Gallard. in opido de la Morera, sic iudicaui, cõmutando. d. pœna trirremis in exilium. In nostra tamen principali conclusione, facit gloss. verbo reus, in. c. 2. de confess. lib. 6. & quod ibi nota. textum pœnalem de reo loquentem extendi ad actorem, correlatiui cum sint, & voluit glo. verbo de veteris, in. c. cupientes. §. penul. de electio. lib. 6. quod priuilegium vnius partis, hac de causa, ad partem alia extenditur.

30 Sic Domini. de sanct. Geminiano, inquit in. c. 1. de tempor. ordinando. eod. lib. 3. col. nu. 9. versic. fallit secundo, quod quando lex imponit cuilibet correlatiuorum suam pœnam, tunc fit extensio ad casum, habentem se correlatiue ad casum expræssum, etiam respectu pœnæ, & ita glossa, verbo, sponsam voluisse videtur in. l. vnic. de rapt. virgin. dum dicit textum, ibi puniẽtem virum rapientem sponsam, procedere etiam in muliere rapiente sponsum. Quam ibi singularem dicunt, & sequuntur Alber. Bald. & Angel. idem Bald. in. l. raptores. C. de episcop. & cleri. & in. l. si ita. ff. de in iuss. testam. & in. c. causam matrimonij, ad finem de probatio. vbi illam dicit sing. & in. cap. ex cõquæstione. 2. col. de rest. spol. Collecta. in. c. peruenit, de adul ter. Barba. in. l. scire debemus. 2. col. & in. l. sciendum, col. 86. ff. de verbo. oblig. & in Clemen. 1. Char. 6. in paruis, de electio. vbi dicit singul. & in additio. Bald. in. c. 1. col. 4. tib. quib. mod. feud. amit. & in consil. 6. incip. scriptum est, col. 7. versic. & licet iura, vol. 1. & in consil. 64. incip. scribitur, col. penult. versic. & si opponatur. eod. lib. & diximus in tract. de blasph. in. 7. part. 1. fund. & in pract. l. 1. & 2. tit. 8. lib. 8. ordi. Reg. nu. 17. & 18. Curtius Senior in consil. 11. incip. statuto Parmensi, col. penult. dicit notab. Iass. in. l. non hoc. 3. col. nu. 8. C. vnd. legitim. Hippol. Marsilien. in consil. 85. post redditum consilium. 3. col. & in repet. illius leg. vnd. nu. 223. vbi communiter approbatam testatur. Et singula. Gometius asseruerat. regul. Cancel. quæst. 6. de infirmis resign. pag. 153. in paruis. Et ita Angel. in. d. l. vnic. in fin. scribit se Florẽtiæ vidisse comburi fœminam, quæ puerum pulchrum rapuerat. Similis tamen licet in alio proposito est gloss. in. l. si quis in tantam. C. vnde vi communi probata voto teste Ripa, in. c. sæpe. nu. 88. de restitu. spolia. prædicta tamen si rectius perpendantur proprie loquendo, non dicitur fieri extensio, sed proprius habetur pro expræsso, cum ipsum correlatiuum, ex vi verborum tacite compræhendatur. Vt not. glo. verbo, Italiæ, in. d. cap. 1. de

K tempor.

tempor. ordinand. & inde quamvis dicta lex. 6 tit. 15. lib. 8. ordin. Reg. in masculis matrimoniũ contrahentibus primis vxoribus, seu sponsis viuentibus loquatur, locum habet in fœminis, ac si idem id expræssum fuisset: & vir concipit mulierem, licet videatur vocabulũ præcissæ masculinæ significationis. l. qui testamento. §. mulier. ff. de pact. & scribit Bald. in. c. licet vniuersis, nu. 3. de testib. quodq; quando duo se habent, quorum vnum venit appellatione alterius, late sumpto vocabulo, & eadem ratio est in vtroq;: dispositio exorbitans, & restringibilis loquens de vno habeat locum in reliquo. Et probant tres glossæ simul coniunctæ in Clemen. 1. & in Clemen. auditor, de rescrip. & in Clem. 1. de electio. quas ad id citat, & expendit Socin. in consil. 152. incipien. casus iste nõ est nouus. 5. col. nu. 9. vol. 1. optimus est text. qui sic debet intelligi, in. l. si adulteriũ cum incestu, in prin. ibi: Mulier quoq; similirer punietur, iunct. gloss. ff. ad leg. Iul. de adulterijs, & quia quãvis in viris disponat, dicta lex. 6. quod in hoc crimen longe sint masculi, quam fœminæ propensiores, & ab illis potius, quam à fœminis delictum, hoc frequentatum; in eius dispositione, cum eadem sit ratio fœminæ compræhenduntur. glo. est notabil. verbo, præsidentes, in fin. in Clemen. 1. de rescrip. ex qua, Anton. Petr. Anchar. Imol. & Barb. ibi not. quod cum de vno fit mentio ratione frequentioris vsus, fit ad alium extensio, licet de eo non fiat mentio. Et dicit singul. Alexand. in addit. ad Bart. in. l. 1. ff. de verbo. signif. Barba. in consil. 6. col. 7. vol. 1. & in consil. 26. incip. sapienter scripsit 8. col. vol. 2. & in consil. 28. incip. clemẽtissimi, col. 2. in fin. & consil. 67. eiusdem initij, col. 1. eod. 2. vol. & Curtius Senior, in. d. consil. 11. col. penul. sass. quo loco, cumquam pluribus alijs Andræ. Tiraquel. citat in lib. de retract. §. 20 nu. 6. cum sequentibus, qui nec dum ex vtroq; iure Pontificio, & Cæsareo id astruit, sed ex sacris litteris. Et multas refert glossas tan iuris Canonici, quam ciuilis, in. nu. 4. & 6. docentes casus frequẽtiores, qui in legibus, aut statutis memorantur, nõ excludere alios non ita vsitatos, qui eandem rationẽ continent. Bonus est tex. l. scire opportet, in princ. & in. §. aliud. ff. de excusatio. tut. quem ad hoc citat, & dicit aureum Andræ. Barba. in repet. l. cum acutissimi. 22. col. C. de fideicõm. & singu. in repe. rub. de reb. Eccles. nõ alienand. nu. 172. & in cons. 48. incip. clementissimũ. 3. col. volu. 4. hocq; respectu statutum imponens pœnam in aliquo casu, locũ habet in fœmina. Quod & Bart. not. in. l. iura, in fin. ff. de legib. & reg. firma, ac

resulta

resulta cõclusio est,quod in omnibus casibus fœmina compræhenditur,vbi specialiter non inuenitur excepta. Quam tradunt Doctores in.l.quicumq;.C.de seru.fugit.post eund.Bart.in d.l.1.ff.de verb.sig.& resoluit Ludo.Gometi.in.d.q.6.de infirm.resignan.optimus, & singularis iure Regio est text.l.6.tit 33.par.7. *Vsamos a poner en las leyes deste nuestro libro diziendo tal home que tal cosa fiziere,aya tal pena. Entendemos,que aquella palabra del defendimiento,pertenece tambien a la muger como al varon, maguer que non fagamos y miente della. Fueras ende, en aquellas cosas señaladas que les otorgan las leyes deste nuestro libro.* Et de iure communi.l.hominis,& l.pronuntiatio.ff.de verb.sign. quæ sic,debẽt intelligi. Cum ergo rationis nexus maritum,& vxorem connectat, non quidem per iuris extensionem, sed verius per tacitam eiusdem dispositionem.l.his solis.& ibi not.C.de reuoc.donatio. & cum immunitas dicti mariti,ex vi verborum, sub vxoria immunitate cõpræhendatur,iuris dispositio nõ debet separare.Vt notabil.scribit Bald.in.c.quia.V.col.fin. prope finem,de iudit.not.Anchar. in consil.96.incipien.super dicto. 1. col. num.2. & Paul.de Cast. in consil.83.incipien. præsens casus. 2. col. part. 2. clareq; liquet eum vxoris nobilitate, adeo nobilitari,quod etiam attributis, collectis,& impositionibus,omnino immunis censendus sit, ac si priuilegium vxorium formaliter, ab ipsoRege Enrico sibi,cõcessum fuisset.

31 Quod nostra fere in specie aperte notãdus insinuat.text.l.nõ tantum,in fine principij.ff.de re iudica.ex quo Rapha. Cuman. expræsse notat,quod priuilegiũ singulariter, & dispensatiue cõcessum vni,extenditur ad alium correlationis ratione· & probatur sumpto argumento à concessione antecedentis in iure receptissimo, vt præallegatus Euerard.loco.94.diserit, considerãdo,quod ipsa vxor,suo priuilegio, matrimonio constante non gauderet,si eius maritus eodem non potiretur.

32 Et quod quando aliquid,aliqui conceditur, omnia intelligãtur concessa, sine quibus illud explicari non possit.l.fin.in fine, ff.de offic.eius cui mand.est iurisd.l.3.in fin.ff.de penu leg.c.præterea,de offic.de lega. & quod quemadmodum vxor dignitatẽ mariti correlatiue participat,eadem disciplina, maritus vxoriã participare debeat.Maxime cum id Modestini autoritate æquitatis suggerat ratio dict.l. non tantum,& absurdum sit, immunitatem in alterius persona dari, in alterius non.argumen.l. si cum dies.§. penul.in fine(vbi est elegans in proposito tex.)ff.de

 recept.

recept. arbi. quibus alludit oratio serenissimæ, ac Catholicæ Elisabeth Reginæ, ad Catholicum, & serenissimum Fernãdum virum suum habita, cuius meminit doctissimus Antonius Nebrissensis, illius temporis rerum â dictis Regibus gestarum Historiographus Regius, decadis.1.lib.3.cap.3. cuius singularia aliqua verba, quod nostro quadrent negotio, hic inserere libuit. *Nil opus fuerat (ô iucundissime coniux) altercatione tam longa, vbi tãta est animorum coniunctio. Nam si quemadmodum audiui, ex quodam antiquitatum peritissimo, in sponsalibus hæc fuisse verba sponsæ ad sponsum, vbi tu caius, ibi ego caia, hoc est, vbi tu dominus, ibi ego domina, cur mihi non liceat inde mutuari, vbi ego Regina, ibi, & tu quoque Rex? qui cum sis mihi coniux dulcissimus, idemque dominus, non modo meus, sed rerum omnium mearum, quidquid ab his legum cõsultis decretum sit, nihilominibus tu Hispaniarum Rex es, quam ego Regina.*

33 Præcipuè cum vxor, vna caro, vnum corpus, & vna anima cũ viro sit. c. sunt qui dicunt. 27. quæst. 2. c. debitum, de biga. l. 3. ibi: *Assi como marido, y muger, ca maguer son dos personas, fazense como vna, quanto en ayuntamiento natural* . tit. 29. & l. 1. titul. 14. part. 2. & tradit Andreas, Tiraquel. in. 7. leg. connubial. nu. 10. ac nouissime eruditus Doctor Burgensis de Paz, in proprijs terminis in relectio. proæmij legum Tauri. nu. 8. cum sequentibus, & vna eademq; res iuxta iura vulgaria, nõ sit diuerso iure censenda. l. 1. ibi, nec ratio patitur. ff. de re. permu. l. eũ qui edes, & ibi Bart. ff. de vsucap. l. 1. §. 1. ff. si quis test. lib. esse iusſ. fuer. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. cap. cum in tua, de decim. cap. cognouimus. 12. q. 2. Clemen. 1. de elect. not. gloss. in. c. cum omnes, de const. tradit late Tiraquel. in repet. l. si vnquam in verb. donatione largitus nu. 284. de reuo. dona. & d. libr. de retract. tit. 1. §. 1. glo. 18. in verbo Le prisque. nu. 20. inde vxores, vel honoris, vel de decoris, & cuiuslibet cõditionis maritalis, fere sunt participes, vt quotidie videmus. Et in authen. de consulib. circa med. coll. 4. l. cum te. l. fin. C. de nupt. cum multis simil. & omnis earum honor, atq; dignitas, maxima ex parte, ex honore, & dignitate virorum pẽdet: vix enim vxor honorabitur, nisi & apud homines maritus in honore, præcio, ac existimatione fuerit. Vt idẽ Tiraquel. scribit in. 1. leg. connubia. nu. 18.

34 Et ita vidimus dispositionem pœnalem concedentem priuilegium marito, vice versa, ad vxorem quoq; porrigi; sicuti Philip. Decius notans ibi ad hoc text. insinuat in. l. 1. notab. 2. C. de in ius vocan. post Bald. Sali. Alexan. & alios recentiores.

Et Bald.

35 Et Bald.in consil.414.incip. concessus fuit saluusconductus, volum.5.& in consil.409. eiusdem initij, volum.1. Respondet, quod si concessus, fuit saluusconductus alicui, vt possit venire ad certum locum, poterit etiam eius vxor illic venire, licèt in ea securitatis cōcessione, nulla vxoris facta fuerit mentio. Quē sequitur Iasson in dict.l. non tantum, colu.1. vbi reputat egregium, & in.l. si stipulatus fuero, ante medium.ff. de verborum obligationib.

36 Sed & Alberi.in.1.part.statutor.quæst.114.incipien. sed ponē quod concesso, per multa, quæ illic eam in rem adducit, scribit immunitatē viro concessam, vxori illius competere. Et asserit Alciatus in.d.l.1. verbo, vxori, de ius vocand. etiā si ratione artificij, artis, vel alterius priuilegij personalis competat. vt tex: in hoc admodum notab.l.eos qui.C.de Fabricen. lib.11. singul. secundum Maria.Socin.in rubri.de for. compet.5.col.versic. 66.in fine, & in consil.12.incipien. quoniam in præsentiarum.5. col.nu.18. volum.1. similis tamen est text.in.l.ne ad diuersa.C. desilentiar. lib.12.

37 Sic etiam iniuria illata vxori, viro illata videtur, & ei pro illa competit actio suo nomine.l.5.§.item autem persemetipsum, &.l.eum qui.§.si nupta, &.§.si iniuria, & ibi Bart. ff. de iniurijs §.patitur, instit.eod.

38 Qua ratione, Franciscus Aretin.l.si ita stipulatus. §. Chrysogonus, in fine. ff. de verbor.obligat. illum tenet in pœnam stipulationis incidere, qui vxorem eius offendit, quem promiserat non offendere. Sequitur, & multis comprobat Lucas de Pena in. l. 1. quæstio.20.C. publi. lætitiæ, lib.12.& voluit Alciatus in dict.verbo, vxori, vbi repræhendit Ioann. Andræ. in.cap. frustra, de regul.iur.lib.6.in Mercurial. tenentem, quod si promitto, te nō offendere sub certa pœna, & postea vxorem tuam offendo, licet possis agere actione iniuriarum ex iure communi, non tamen ex ea promissione, seu stipulatione, vt qui te ficte videar offendisse: quem Aretinus ipse, sibi contrarius fuit sequutus in.l.2.§.1. col. penul.ff.solut. matri. vbi hoc quoq; dicit voluisse Bart. in.l.4.§.Cato. circa finem. ff. de verbor. obliga. (vbi de re ad nihil omnino loquitur) & idem Aretin. illud dictum Ioann. Andræ. pro eleganti refert, & sequitur in dict.l. si stipulatus fuero, colu.1. eodem.tit. Nam cum maritus offendatur, si offendatur eius vxor, vere committitur stipulatio, quæ mihi facta est ne offendar: secūdum Bart. in.d.§. Chrysogonus,

 & Bald.

& Bald. in. c. similiter, col. 2 quib. mod. feudum amit. bonus est text. in l. 2. C. de iniur. vbi maritus in vxoris iniuria propriam iniuriam pati intelligitur: quod verbum propri etatem rei declarat. l. si tibi homo. §. cum seruus, ibi: Ex die aditæ hæreditatis eius intelligitur. iunct. glo. ibi, in verbo, aditæ de lega 1. & quod post eam Bart. & Bald. ibidem declarant. Et si idem Bart. in. l. si is qui pro emptore. 6. col. nu. 14. vers. tertio oppono. ff. de vsucapio. dicat verbum illud, intelligitur fictionem denotare.

39 Et inde si statutum puniat dicentē, vel inferenté iniuriá viris certæ sortis, vt puta magistratibus, quibusdá locum censetur habere indicente, vel inferente iniuriā eorundē magistratuū vxoribus, bonus est textus in. l. 2. vbi Alberi. col. fin. nu. 8. & Bald. C. de Episco. & Cleri. & in. l. fin. & ibi Cyn. C. de iniur. & in. l. medicos, & l. vltim. C. de profess. & medi. lib. 10. & in. d. l. eos qui, & ibi Lucas de Pena, & Ioan. de Platea. de Fabricen. & in. l. 2. C. de com. consist. lib. 12. & l. in sacris nostris, & l. in sacris scriniis. C. de proxi. sacro scrinio. & in. l. fin. C. de princip. agen. in reb. & in. l. vltim. C. de priuileg. scholar. eod. lib 12.

40 Et in priuilegio fori, Clericis competenti, quod eorum competat vxoribus, tenuit expræssim glo. c. eos qui. 32. dist. in. & in. c. 3. 11. q. 1. quas sequitur Specula. in tit. de Cleri. coniuga. §. 1. col. 2. Imol. & Panor. in. c. 2. de foro compe. idem Imol. & Domin. in c. 1. §. fin. col. penul. de Cleri. coniuga. lib. 6. & Petrus Belluga, in suo speculo Principum. tit. de propositio. grauam. §. vidēdum, col. 2. quod nec dum procedit, quo ad forum, quod est mariti, de iure communi, sed etiam quod ex speciali priuilegio ei cōpetit, ratione artis, vel alterius priuilegij personalis, vt est text. in. d. l. eos qui, de Fabricen.

41 Et inde Ioan. de Platea, in. l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. scribit, quod sicuti vir propter priuilegium dignitati concessum nō potest torquæri, nec aliàs contra eū seueriter procedi. l. seuerá, eod. titulo, ita etiam, nec contra vxorem ipsius, & voluit Alciatus, quo nuper citauimus loco, quod est singulare ad intellectū leg. 4. 5. & 6. tit. 2. lib. 4. ordin. Regia. & facit, quod tradit Mathe. de Afflict. in constitu. Sicil. incipien. pro sequentes, col. 5. versic. secundo quæro, quod illa constitutio, qua cautum est ne contra Comites varones, & milites recipiantur testes ignobiles, cum agitur de causa capitis, aut status, aut maiores partis bonorum, habet etiam locum in huiusmodi personarū vxoribus. Quidquid conetur Aretinus in consil. 130. incip. cōsultissime domine

Collate-

Collateralis, quem sequuntur Thom. Decius, & Lancello. & Philip. Decius, & ipse Andræ. Alciatus in. d. l. 1. C. de ius vocan. & idē Decius in. l. more. 2. col. 6. notab. ff. de iurisdict. omn. iud. & in consil. 501. incipient in ciuitate Alexandrinæ. 2. col. Nam cum prædicta obtineāt in stipulatione, quæ stricti est iuris, stristeq;, & in dubio pro promissore interprætanda. l. quicquid. ff. de verb. oblig. cum simil. Idem quoq;, & in statuto, quod recipit interprætationem á iure communi, vt notatur in. l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. & statuti pœna, solum respiciat offendentem vxorem, ob id tantū, quod mulieri communicatur dignitas viri, non etiā ob id, quod ex iniuria illata vxori accedat viro in persona, vel patrimonio ipsius, aliquod incommodum. l. sed & si pater familias. §. non solum. ff. ad Senat. Cōsul. Macedon. Nisi dixerimus, quod Aretinus, & sequaces procedant, quando statutum nuncupatim loquitur de persona iniuriati, & eius personam signanter respiciat, & ita videntur loqui præallega Ioan. Andræ. in. d. c frustra, & Francis. Aretin. ipse qui id reputat singulare in. d. §. Chrysogonus quæ sunt in praxi notanda ad intellectum, & declarationē. l. 4 tit. 21. lib. 4. fori, & l. 85. & 143. stili.

42 Cum ergo dictus maritus, & eius vxor sint proportionalia; sicut se habet vnum proportionale ad aliud, ita aliud ad reliquum l. sufficit, iunct. glo ff de condi. indeb. l. de quibus, & ibi Angel not. ff. de legib. tradit Accursius in proœm. institu.

43 Vlterius illud iure expeditum est, quod licet priuilegium regulariter ad alias personas non porrigatur, vt tradit Baldus in. l. 1. in prin. C. de legib. personis tamen accessorijs, & familiaribus competere, quando sine illis posset priuilegium inutile remanere. text. est & ibi Domini. not. in. c. licet. §. cum conceditur, in princ. de priuileg. lib. 6. & Panormit. in. c. quod nonnulli, extra eod. tit. bonus. tex. in. l. restituendæ. C. de aduocatis diuerso. iud. l. municipalibus. ff. de condi. & demostra.

44 Et Bald. in authen. habita. C. ne fil. pro patre, in. 5. notab. scribit, quod priuilegium datum scholaribus, ad eorum nuntios, & famulos etiam extēditur; & quod sicut per illam Authenti. inferens iniuriam scholari punitur pœna quadrupli, ita inferens iniuriam fratri, sorori, vel matri eunti ad visitandum eum. Et priuilegium datum Calceolarijs, deberi Cibaterijs eorum ministris, Angelus, sic loquens notat in proœm. digestorum, versicu. itaq; proculdubio, colum. 2. faciunt de iure nostri Regni

leges.21.22.24.&.27. in Regio Gabellarum quaterno.

45 Ac sic videmus priuilegium datum pauperibus Hospitalis, porrigi ad ministros qui seruiunt Hospitali, secundum Oldrad. hoc pluribus rationibus firmantem in consil.11.incipien.thema tale est,& priuilegium datum illis de domo includere Castaldos,& factores, Alexã.docet post Roma.in.l.lecta,in glo. verb. in domo.ff.si cert.pet.

46 Et familiares militum eodem priuilegio gaudere,not.Bald. post Cyn.in.l.1.C.de vxor. milit. & inde est quod priuilegium datum militi,datur medico militis,& comiti militis.l.administrantes.§.1.ff.de excusa.tut.l.inter eos.§. fin.ff. ex quibus caus. maior.

47 Postremo Panor.in.c.quam sit,in prin. de Iudæis, notab.scribit priuilegium datum uni ex socijs reliquis socijs competere, quando priuilegium esset inutile, nisi socij eodem priuilegio gauderent. à Philip.Decio citatus,& sequutus in.l.in omnibus. num.9. ff.de regu.iur.

48 Quorum sententiam confirmat,quod voluit notab.glo.verbo.fratribus in.l.fin.C.de honor.& mun.non conti.lib.10.quod socius omnium bonorum consequitur vocationẽ, siue immunitatem munerum ex persona sui socij exempti, quam sequitur, & dicit singularem Alexander in consil. 122. incipien. viso puncto.4.col.nu.16.versic.similiter,vol.4.& Iasson in.l.1.col.1. C.de transactio.& in.l. si emancipati,col.3. C.de collatio.Barba.in.l.2.in princ.12.col.ff.de verbo.oblig.& in.l.4. §. Cato.29. col.versic.mihi autem videtur eod.tit. & in rubrica de reb. Eccles.non alien.col.12.versic.duodecimo limita, & in consil.36. incip.sapienter,col.8.& in consil.44.eiusdem initij,col.fin.vol. 2.& in consil.83.illud afferam.2.col.vol.3.& in consil.5.incipien. illud in mediũ.7.col.versic.faciat etiam, vol. 4.Anton.Corset. singul.293.in verbo spurius,text.est egregius in.l. si is qui duos. ff.de libe.lega.ibi: *Quod si socij sint, propter eum qui capax est, & ille capit per consequentiam.*

49 Cuius autoritate suffultus Bart. post Dynum ibi in fine tradit,quod licet spurius non possit capere á patre, tamen si ipse spurius contraxerit societatem,cum alio capace, iste alius potest institui hæres à patre spurij, atq; ita transiet dimidium bonorum in spurium,& idem voluit Bald. qui dicit menti tenendum in.l.1.col.fin.14.quæst.C. pro socio. & Sali.dicens singularem,& notab.in.l.si societatis.C.eod.tit.& in.l.Societatem.1.ff. cod.

eod.tit.Petr.Anchar.Ioann.de Ana.& Felin.in cap.2. de Iudæis, idem Felin.in cap.1.col.3.num.6.de præscrip.(vbi multa tradit) Ludo.de Sard.in tracta.de natu.lib.ac success.eorũ part.3.vers. 8.num.8. dum agit de cautelis circa legitimatione m,& Cæpola cautel.38.secundum vltimam computationẽ,&.64. secund. primam,versic.8.cautela est.Andræ.Barba.qui prope,vbiq; dicit illum text.esse singularem in repet. cap. Raynaldus,Chart. ante penult.de testamentis,& in locis superius citatis, & Ioann. Crotus in repet.l.filius famil.§.diui,colu.24.versic. 6. & vltimo fallit.ff. de lega.1.

50 Vbi ex hoc dicit,quod si ex statuto prohibeatur res immobilis alienari in extraneum,tamen si extraneus contraxerit societatem bonorum,cum ciue qui acquirat,iste extraneus in cõsequentiã societatis, etiam acquiret. text. est in.l. si communẽ. ff. quemadmodũ serui.amita. Vbi propter cõmunionem, vel societatem in habiles gaudent beneficio habilium, facit text. in proœm.digestorũ.§. hæc autem tria,& quod ibi not.Bal.nu. 6. priuilegium vni concessum, trahi ad socium ipsius. Quem citat & sequitur Hieron.Gratus, in respon.130. incipien.casus talis est. 3.col.num.8.vol.1.

51 Sed & Ludouicus de Ludouisijs,Prothonotarius,& Archidiaconus Bononiensis,in quodam suo consilio incipien.præmittendum est.Ab Hippol.Marsilien.citatus,& sequutus,ac valde cõmendatus in singul.180.incipien.plura, & plura,cõsuluit in causa cuiusdam Antonij de Magnanis ciuis Bononiensis, qui erat immunis ab oneribus propter numerum liberorum, quod fratres sui secum simul habitantes, deberent gaudere beneficio illius immunitatis propter personam fratris sui, faciunt dicta per Felin.in.d.c.quam sit,de iud.

52 Et quod Angel.scribit in.l.vtimur.ff.de sepulch. viola. quod saluus conductus concessus alicui, & socijs suis, comprænhendit Iudæum,secum venientem.Ab Alexand.citatus, & sequutus in consil.75.incipien.videtur in præsenti.2.col.num.5.vol.5.

53 Quod magis,& fortiore ratione nostro in themate procedere videtur,cum lex prædicet virum & vxorem socios esse diuinæ,& humanæ domus.l.aduersus. C. de crimi. expil.hæred. & id ipsum in persona Addæ sacra pagina testetur,Genes.3.Mulier quam dedisti mihi sociam, inquientis. Et inde contractus matrimonij instar habetur societatis; vt probatur in. c. cum societas,vbi glo.27.q.2.& in.l.alimenta.§.fin.ff.de alimen. & cib.

part.in vnde. Mense vbi vidua post annum luctus fornicaria punienda, non est pœnis à lege statutis contra secũdo nubẽtes fœminas. Nec Paulo Castrensi fauet.l.4.in fin. tit. 4. lib. 5. ordin. vti Centifontanus in.d.l.14. & Palaci. Rub. in.d.§.fin.nu.6. eam ad hoc citantes opinantur. Ex quo non loquitur in dote, sed in lucris constante matrimonio quæsitis, in quibus patens est discrimen. Cum non vna, eademq; sit ratio suum amittere, & lucra non capere.l.fin. §. si quis vero. C. de Codicill.l.fin. §. & si præfatam.C.de iure delib.l. quia autem, in princ.&.§.1.ff.quæ in fraud.credito.sed & lucra cõstante matrimonio quæsita vidua non amittit propter simplex stuprum, etiam infra annum luctus admissum, vti probat eleganter præallegatus Manuel Acosta (quo superius citauimus loco, à nu.38. qui etiam ibidẽ tenet legatum, seu relictum à marito viduam ipsam nõ amittere, quando post annum luctus simplex, seu vnicum stuprum comitteret, sed necessario ad amissionem legati, & lucrorum constante matrimonio quæsitorum requiri, quod luxuriose & meretricio more viuat. Et ita limitari debent, nonq; aliàs procedunt, & ij eruditus tradit D. Anton. de Padilla, in. dict.l. fideicommissum.nu.7.& lex.4.tit.4.lib.5.ordin.Reg. (quam ibi citat. Quodq; ipse scribit in.nu.6.per leg.9.tit.2. lib. 3. earund. ordin.&.l.10.tit.4.part.tit.5. Et ita procedit, & intelligi debet Pau.de Castro, in.l.omnẽ.nu.2.C.ad.Sena.Cõ. Tertul. dũ dicit priuari hæreditate filij impuberis matrem luxuriose viuẽtem proinde, ac si non petito tutore secundas nuptias contraxisset: quem sequitur Michael Centifontanus, in.l.14. Tauri, fin. col. versic.item dubitatur allegans in hoc glossam, quam dicit esse communiter approbatam in authen. Sacramentum, quand. muli.offic.tutel.fung.poss.& idem sequitur Tellius Fernandez in.l.6. Tauri, nu. 6. sicq; debet accipi, quod Centifontanus ipse tradit in.l.31. Taur.num.4. mulierem luxuriose viuentem post mortem mariti priuari facultate testandi, quam illi maritus moriens reliquit, vt pro eo testamentum ipsa conderet, quem citat, & sequitur præallegat. Padilla, in.d.l. fideicõmissum. nu. 10 scribens, nu.11. substitutionem pupillarem tacitam excludere matrem luxuriose viuentem secund. Bart. in.l.2. in prin. nu. 43.ff.de vulg.& pupil. cuius tamen opinioni licet aduersantur, ibi Imola, num.11, & Alexan.nu.34. contendentes matrem non excludi propter defuncti voluntatem, quæ iam morte expirauerat, sed veluti ab indigna auferri hanc filij hæreditatẽ, eam

tamen frequentiores sequuntur, sicuti eam sequuti testatur ibi Socin. nu. 30. Claudi. & Ripa. nu. 59. & Padilla, in. d. num. 11. subdens in, nu. 12. se existimare mulierem luxuriose viuentẽ (nam de tali debent intelligi) post mortem mariti, teneri restituere hæredibus viri vestes lugubres, quas accepit propter mortẽ mariti: ex eo quod mulier nubens intra annum luctus has vestes amittat, easq; restituere teneatur: secund. Bald. in consil. 478. vol. 5. Alexand. in. l. is qui quadringenta, §. fin. num. 5. ff. ad leg. Falcid. Lopius, & alij, tenent, quos citat idem sequutus Couarru. in Epitom. de sponsalib. 2. par. cap. 3. §. 9. num. 10. Ne plus habeat castitate luxuria. §. fin. Authen. de restit. & ea quæ part. in vndecim. mens. c. vxoratus, de conuers. coniugator. Qua etiã ratione mulier luxuriose viuens tutela filij, quæ illi commissa est legitima, vel datiua, & etiam testamẽtaria priuatur, vt not. Ioan. de Anan. in. c. qualiter, & quando, 2. §. licet. nu. 12. de accusatio. Bartholom. de Bellenzinis, in additio. ad Panormitan. in. c. ex parte, nu. 9. de appellatio. Ioan. de Agarronib. in rubri. de secund. nuptijs, nu. 57. & Gregor. Lup. in glo. verb. *Maldad de su cuerpo*. in. l. 2. tit. 12. part. 4. Et idem censeo delecto quotidiano, qui sibi fuisset datus, cum & id amittat propter transitum ad secundas nuptias. Quæ tamen omnia minime recuperat, quamuis ad meliorem frugem redeat: vt voluit eleganter Bal. in. l. Titius. ff. de excusatio. tutor. Andræ. Tiraquel. in. l. boues. §. hoc sermone, nu. 94. ff. de verb. signific. Marcus Mantua, apothegmate. 90. Francis. Niconitius, allegatio. 19. nu. 12. & prællegat. Padilla, in. d. l. fideicommissum nu. 13. dicens ibidem. nu. 5. post magnam Senatorum, & Aduocatorum controuersiam in Prætorio Pinciano, obtinuisse mulierem bona illa non amittere, quamvis inhoneste defuncto viro viuentem, quæ ex lege Cantabrorum inter coniuges fiunt communia post annũ transactum à contracto matrimonio, quia non fuit consequuta bona illa ex hominis dispositione: sed ex legis prouidentia; qua etiam ratione, nec donationem Principis amittit, quæ sibi cõstante matrimonio fuisset facta, quamvis eo soluto luxuriose viuat: secund. D. Fernand. Menchacen. leg. Reg. obseruantem, & alleg. lib. 3. illustri. controuersia, cap. 104. num. 7. At nostra in specie, quod mariti nobilis plebeia vidua, si stuprum committat nobilitate, & exeptione mariti deffuncti non gaudeat. text. probat in. d. l. 6. ibi: *Mantouieren despues castidad*. tit. 2. & l. 13. ibi: *Manteniendo castidad*. titul. 4. lib. 4. ordin. Regia. & in pragma. serenis-

serenissimi eiusdem Regis Henrici,huius nominis tertij apud Tordesillas lata.14.mensis Aprilis.ann.1403.in vol. pragm. fol. (mihi) 173.ibi: *Y otrosi a las mugeres que fueron casadas con hijo dalgo,y mantuuieren despues castidad.* Erit tamen pro materiæ,& dictarum legum Regiarum intellectu valde in praxi notandum,quod licet in dicto marito, eiusdemq; conditionis viris, idipsum videatur censendum, vxoris præ deffunctæ priuilegijs nobilitatis,seu immunitatis durante viduitate,vt gaudeant caste debere viuere. Tum quod præallegatæ leges ad hoc cōsequendum hanc exigant castitatem, tum quod hoc videatur ex Baldo colligi in.d.l.nemo martires, vbi dicit quod si in correlatiuis,vnum prohibetur,reliquum videtur prohibere,per.l. 1.de Cupræs.lib.10.non habere locum,quod de fœminis viduis luxuriose viuentibus dicimus,præfatæq; leges disponunt,in dicto marito, alisq; viris viduis, quamvis caste non viuant, vidui dum sint,secundum Panormitan. singulariter in. dict. cap. pastoralis.2.col.num.7.post Rofred.& Speculat.in titu.de actore. 5.col.nu.12.versic.sed vtrum.Hanc assignantes rationem, quod in mulieribus magis ardeat stimulus carnis,& si fornicetur magis opprobriosum sit generi, & amicis,quam si masculus id faciat,& quia sexus muliebris magis sit fragilis, & debilior.c. forus,de verbor.signi. & explicat omnium latissime Tiraquel.in l.9.connubia.â nu.64.vsq; ad nu.102.& Panormi. sequitur, ibidem Decius.col.vlt.nu.9.asserens,quod dicitur de muliere luxuriosa locum non habere in viro, & Tiraquel. qui alios citat. in.d.l.9.nu.71. vxor enim, alterius concubitum patiendo iniuriam viro,domuiq; suæ infert maximam.l. si maritus sit. §.lex Iulia,&.l.miles.§.socer.ff.ad leg. Iul. de adul.ob eamq; maritus maiorem dolorem concipit, quam alius nemo, vel ipsius vxoris pater.l.2.§.fin.ff.eod. ita vt molestius ferat vxoris adulterium,quam filij interitum.l.codicillis.§.matre.ff.de leg.2.secundum intellectum Bal.& aliorũ ibi:adeo,vt etiã post mortẽ ipsum maritũ ex stupro viduitate durante cõmisso tã grauiter offendi Bart.notet in.l.fi.C.de adulterio,quã ex adulterio,cõstante matrimonio (quem cum alijs quos ibi citat Ioann.Lup. sequitur in.d.§.fin.rep.rubr.num.7.) subiungens hoc esse vtile scire ad probandum, quandoq; inimicitias, nam ita iniuriantur consanguinei viri,iam deffuncti ex stupro, quod committitur in viduam, sicut si duraret matrimonium. Et facit, quia maior castitas exigitur in fœmina,quam in viro.not.Alexand.

 in consil.

in consil.24.incip.animaduersis his.3.col. nu.39 vol.2. glo.in.c. debitũ,de bigam.& in.l.palam.§.quæ adulterio.ff.de ritu nuptia.quæ ex hoc dicit,quod licet mulier in adulterio deprahensa,sit infamis ipso iure, vt est text. ibi secus tamen in masculo, qui ex deprahensione non fit infamis.Vt etiam tenuit glo.in.l. & si crimine.C.de adulter. inde quamvis mater meretrix non posit filiam ipsam meretricem exheredare. vt scribunt Pet. à Bel.Pert.Bald.Fulgo. & recentiores in. l.in arenam, per illum text.C.de inoffic.testam. Pater tamen quantumvis meretricarius, & libidini addictus potest huiusmodi filiam exheredare, vt Fulgo.ibi in fine dicit,& post eum Iasson,idem Fulgo. & ante eum Fabet. in authen.sed si post eod.tit.Pet. à Bel.Per.Guil.cun.Cyn.& Angel.in.l.si filiam,eod.tit.Guiliel. Benedict.in.c. Raynutius,in verb.dotem quam ei dederat.nu.73. de testam. Nã impudicitia multo detestabilior,fædior, ac turpior in muliere est quam in viro,vt dicit glo.in.§.si qua cum seruo.32.q.2. eam notans esse rationem, quare mulier seruo se proprio cõmiscens capitali supplicio subiacet.l.1.C.de mul. quæ pro. ser. se iunge. contra vero masculus, qui ancillæ suæ commiscetur nulli pœnæ obnoxius sit.Vt est text.licet non alleget in.l.fin.C. comm.de manumis.docet & idẽ Ioan.Fab.in.§.masculi, instit. de nup.& vt ait Imola in.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad.Sena. Con.Treb.magis infamatur domus ex adulterio mulieris,quã viri,refert & sequitur Fran.Aretin.in consil.31.incipien. considerata diligenter, col.penul. facit. c. in lib.2. q. 5. vbi refertur lex illa rigida.cap.5.numerorum quæ(hac ex ratione) habet, eam vxorem,cuius maritus Zelotypus est, ipso volente, teneri palã facere adulterium,quod admisit, quam libet secretum fuerit: vel certe bibere aquas illas imprecationibus multis subiectas, quibus si verum esset, moriebatur. Sic etiam inde secundum Hostien.in sum.tit.de bigam.non ordin.§. quare bigamus,ver sic. quinto quæritur, emanat quod mulier corrupta inter sanctimoniales cooptari non posit.c.iuuenculas.20.q.1.vir autem corruptus,& sacris,& religioni posit mancipari & etiã in Episcopum consecrari.c.habuisse.23.dist.c.acutius.26 dist.c. fraternitatis. 34. dist. quoniam multo sit turpior impudicitia in muliere, quam in viro. Inde.M.Cato in oratione, quæ de dote inscribitur apud Gellium.lib.10.c.23. inquit, vxorem tuam si in adulterio deprahendisses, sine iudicio impune ne cares: illa te si adulterares, digito non audiret contingere. Neq; ius est, &

Romu-

Romulus,vt tradit Plutarchus in vita ipsius, fecit viro potestatē repudiandæ vxoris,si in adulterio depræhensa foret· vxori autē non fecit.Ideoq; maritus cui vxor legatum fecit in testamento, eo non priuatur,si post mortem vxoris luxoriose viuat,neq;.l. 4.tit.4.lib.5.ordin.Reg.(quæ lucris nuptialibus priuat vxorem luxuriose viuentem defuncto marito)locum habet in viro. Et quia lex hæc tātum de vxore loquitur, quæ facillimo negocio, hoc si vellet in marito ipso potuisset statuere.l.si vero. §. de viro.ff.solut.mat.secund.doctissimi. D. Anton. de Padilla (cui & accedo)in dict.l.fideicommissum.nu. fin. C. de fideicommiss. quidquid contrarium expresse notent Cifuentes,in. l.15. Taur. fin.col.versic.item nota, & Tellius Fernandez (alios allegans) in.l.6.Taur.num.22.id conantes deducere ex generalitate verborum Bart.in.l.his solis.C.de reuocand. donatio. Vulgi enim opinione leuior semper reputatur,& esse censetur lasciuia viri, quam fœminæ. Et sic licet maritus sit impudicus, & adulteriū commiserit ab vxori accusari non potest. l.1. C. ad leg. Iul. de adulter.l.1.C.qui accus.nō poss.c.apud.§.publico.32.q.1.l.13. tit. 9.part.4.& si ea adulterium committit potest à marito, qui & ipse adulterium quoq; commisit accusari de adulterio.tex. est in.l.si vxor.§.iudex,in versic.quæ res,iuncta gloss.ff. ad leg. Iul. de adul.vbi Angelus dicit id menti tenendum, & ita intelligit eum textum.Quicquid Hippol.velit in.l.patre vel marito.nu. 10.cum sequent.ff.de quæstio.& in singul.234. cuius opinio minime procedit attenta diuersitati rationis,quæ in vno, & altero est adulterio.Cum seruus dominum accusare non possit.l. 1. §. quod autem dictū est.ff.de offic.præfect.vrb.vti hac in quæstione notant hanc tradens rationē Iacob.de Bellouis. in sua pract. caus.crimi.tit.de lenonibus,col.9.vers.sed quæ est ratio.& quia per vxorem fiat iniuria viro,nō ē cōtra,vt nota in.d.l.1.de adulter.& per Angel.Aretin.in tract.maleficio in part. che me ai adulterato.nu.25,versic.quæro quia video.& violetur ac polluatur thorus mariti,&eius proles dubia reddatur. Vt annotat Sali. in ead.leg.1.nu,2.&.3.Et omnium optime religiosissimus, & doctissimus niue eorumq; morum,ac in sacra Theologia cælebratissimus magister Ilephonsus à Veracruce Augustiniēsis in suo speculo coniugiorum.3,part.artic.4.pagin.469.Dicens quod in lege humana non conceditur vxori actio iniuriarum contra virum ad pœnam istam adulterij:quia expedit paci Reipublicæ, vt non idem ius concedatur fœminis quod habent viri: quia ex

 hoc

hoc sequeretur turbatio in republica, & periret bonũ publicio cũ quod se habet lex humana tanquam finem, etiam si virtutis bonum ibi quærat, & quia adulterium ex parte mulieris nimiũ nocet Reipublicæ, propter incertitudinem prolis ex parte parentum, ex hoc punit adulteriũ fœminæ, viro accusante, & nó viri, quia non sequitur si vir adulteratur tale malũ, neq; aliqua turbatio. l. ciuil. si fiat cõmistio cũ soluta. Vnde (secundũ eum) in nulla republica cõcessum est fœminis viros suos accusare de adulterio, ad pœnam capitalem, quia maritus cognoscẽs aliam mulierem, parum nocet propriæ vxori; vxor vero cognoscens alium virum, nimium nocet. Quare tam leges humanæ, quæ nunc sunt, quã etiam lex Moisi, panierunt adulterium fœminarum, & non virorum, si cum solutis miscebantur. Quod etiam, & egregia disponit. l, 1. tit. 17. part. 7. quæ has, & alias disparitates rationis ponit, ex quibus nostra fulcitur cõclusio, & cessat quod ex Baldo superius notauimus de correlatiuorum ratione, quæ non procedit cum ea sit dispar, nostro vt in casu. vt not. DD. in d. l. fin. de indict. vid. tollen. & Euerardus in. d. centur. loco. 76. versic, præmissa tamen limita. & tollitur ambiguitas super qua Couarrubias cogitandum esse dicit in. 2. part. Epitom. ad. 4. decretal. capit. 7, §. 7. nu. 7. Ex dicto Hippoliti, in. d. l. patre, vel marito, nu. 14. ff, de quæst. tenentis maritum fornicarium, & habentem concubinam minime habere ex lege licentiam occidendi vxorem in adulterio depræhensam propria autoritate, & satis probatur in, l. 2. in fin. titul. 15. lib. 8, ordin. Reg. vbi compensatio huiusmodi reijcitur, & nõ admittitur. Correctis in hoc legibus. 6. in princ. tit. 9. part. 4. &. 9. tit. 17. part. 7. &, 4. &. 5, tit. 7 lib, 4 fori legum, Dicit tamen Sali. in. d. l. 1. col. 2, C. de adult. versic. nunc pro materia amplianda, quod si maritus cõmisisset adulterium cum vxore filij suæ vxoris, quem habuit ex alio marito, vel cũ vxore fratris, vel nepotis huius mulieris, quod tunc vxor poterit maritum accusare, quia tunc prosequitur suorũ iniuriã. Quod tamen Gregor. Lup. in. d. l. 1. tit. 17. part. 7. intelligit, non vt agat de adulterio, sed aliàs prosequens suorum iniuriam. Quorum opinio minime hodie procederet, cui non alius quam maritus adulteros possit accusare. l. 3. tit, 7. lib. 4, for. leg. & ibi gloss. quæ ita practicatur, secund. eundem Gregor. Lup. in. l. 2. eiusdem tituli ex quibus etiam suspecta hodie est opinio Bald. in, d. l. 1. C. ad. l. Iul. de adulter. dicentis quod licet nõ possit vxor accusare: Nobilitas maritum ad pœnam adulterij, possit tamen eum

accusare

accusare ex capite iniuriarum. Si quidem nec ipsa vxor ex viri contra eam adulterio iniuriam patiatur, vt in.d.l.1. partit. singulariter probatur, licet posśit per iudicem compellere maritum addimittendam cõcubinam secund.Paul.Castren. in.l. ex ea parte.§.mulier.ff.de verbor.obligat.

§. 4.

Responſ.ad part.1.fundament.

Priuatio vnius etiam in eadem re noniudicit exclusionem,vel priuationem alterius.nu.1.

Priuilegia dicũtur,quod in priuato ferãtur,& quasi priuantia legem.nu.2.

Mariti gaudent aliquando ex priuilegijs quibusdam specialibus immunitate ex personis vxorum.nu.3.

Lex.30.in Gabellarum quaterno citatur. Quæ declaratur per pragmat.Madriciam.103.ann.1534. & 18.Toletanam ann.1539.ibidem.

Filij in quibusdam nationibus matris sequuntur originem. nu.4.

Filij,ex legibus Romanis, in quibusdam casibus conditionem matris,non patris sequuntur.ibidem.

Nobilitas est,tam ex matribus,quam ex patribus, secundum Aristotelem. nu.5.

Nati ex nobilibus matribus de earum nobilitate aliquid retinent.nu.6.

Lex.3.tit.21.part. 3. citatur, & eius considerantur verba.ibidem.

Maritus plebeius contrahens matrimoniũ,cum vxore nobili, licet non efficiatur nobilis participat de vxoris nobilitate.nu. 7.

Intellectus leg. quoties de priuileg. schola. lib. 12. num.8.

Secundæ nuptiæ primis viris exosæ.ibidem.

Fœmina nupta non desinit esse ciuis ciuitatis,suæ originis quoad priuilegia, fauores,& commoda, modo propter id non distrahatur à viri famulatu. num.9.

Filiæ vicinorum ciuitatis Hispalensis exteris nuptæ etiam extra Hispalim de gentes gaudent priuilegis,& honoribus patribus ratione dictæ vicinitatis concesśis.ibidem.

Leg.quoties,de priuileg.schol.lib.12.Bartholo lectio falso imposita.nu.10.

Commentarijs in tres libros Codices posteriores,qui nomine Bartholi circumferuntur,præsertim lecturam libri.12. non esse Bartholi ostenditur. nu. 11.

Priuilegium concessum alicui, & omnibus descendẽtibus masculis, & fœminis, competit etiam nuptis.nu. 12.

1 Quæ superius adduximus pro contraria parte minime obstant, considerãdo quod quamvis maritorum capita mulieres, & si nobiles sequantur, & ex hoc capite eorum ignobilitate notentur, non ideo si aliàs priuilegium habeant, quod quãvis ignobilibus nubant immunes sint atributis, eo non potiantur matrimonio cõstante, eis nubendo: cum nõ sequatur, maritis nõ prædominantur, ergo suo priuilegio fœminæ durãte matrimonio non gaudent: sicuti etiam non sequitur istud non est album, ergo est nigrum, cum posit esse glaucum, vel rubeum, & priuatio vnius etiam in eadem re non inducat exclusionem, vel priuationem alterius. l. si domus. ff. de seruitutib. vrba. prædio. l. si mihi. ff. de seruitu. rusti. prædio. l. nec is qui. §. 1. ff. de acqui. hæred. l. si prius, post princip. ff. de aqua pluuial. arcenda. l. quoties duplici. ff. de regul. iuris. l. suum. C. de iure delib. l. iubemus. C. ad Senat. Consult. Velleia. l. suũ. C. de iure deliber. Alberi. post Guid. Suz. in. l. damni. 1. §. Sabini. ff. de damna. infect. Signoro. in consil. 169. incipien. quæst. num. 16. Roman. in consil. 132. incip. vt retulit, in fine, & in consil. 168. incip. circa primũ, in princ. vbi & alia iura ad id citat. Paulus de Castro, in consil. 70. incip. breuiter, in princ. 2. part. tradunt Lupus, Petrus Anc. Domi. & Philip. Franchus in. c. si Clericus, de præben. lib. 6. Lucas de Penna, in l. vnicuiq;. C. de proxim. sacro. scrinio. lib. 12. Florian. à Sancto Petro, inter consil. Anchar. consil. 371. incipien. quod. d. domina, ad finem, qui loquitur in casu pulchro, quem cum aliis citat, & sequitur Andræ. Tiraquel. in lib. de retract. §. 1. glo. 9. nu. 43. facit tex. in. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vbi conuentio facta super vno contractu, nõ trahitur ad alium. Et in. c. 1. de eo qui fin. fecit agn. vbi is, qui renuntiauit feudum suo agnato, non excluditur, quin postea moriente eo sine liberis, admittatur ad idem feudum. Et in, c. cum inter, de renuntiatio. vbi qui renunciat beneficio, non ob id prohibetur idem consequi ex alio iure, post renunciationem acquisito, & ibi glo. alia quædam adducit similia. not. Alexan. & Iasson in. l. 1. §. veteres. ff. de acqui. posse. quo etiam in loco tradunt post alios multos ab eisdem citatos, renũciantem successioni patris, non prohiberi succedere fratri, in illis ipsis bonis, quæ ex patris obuenerũt successione. Cum aliis concord. traditis per Philip. Decium in consil. 379. incip. requisitus. col. 1.

2 Præterea fundamenta illa pro parte negatiua adducta, dumtaxat procedunt secundum dispositionem iuris, non tamen secun-

secundum dispositionem priuilegiorum, quæ ius priuant: cum ob id dicantur priuilegia, quod in priuato ferantur, & quasi priuantia legem, ac ius per se constituant. c. regula, &. c priuilegia. 3 distin. & potentius sit priuilegium, quã ius naturæ: vt est text. singularis, & ibi notat. Bald. in. l. iuris peritos. §. fin. ff. de excusatio. tutor.

3 Et ex priuilegijs quibusdam specialibus á Regibus nostris Hispaniæ concessis aliquando mariti gaudeant immunitate ex personis vxorum, vt videmus in filijs, & filiabus, & eorundem filifilijs, ex eisq; descendentibus Antonæ Garsiæ vxoris, Ioannis Monrroi vicini de Toro, & in his, quibus nubuntur viris. l. 30. in quaterno Gabellarum Regio (quæ declaratur per pragmaticã Madriciam. 103. ann. 1534. & 18. Toletanam, ann. 1539.) & Salmãticæ, etiam videmus, *En los que son de los linages* quorum meminit Didacus Perezius in. l. 6. titu, 2. libro. 4. ordinã. Regia. super verbo; *Que no sea hijodalgo*. co. 1379. & in alijs priuilegijs, tam á legibus Regni huius expræssis, quam specialiter concessis, & iniuris corpore non inclusis, vt refert Senator dignissimus Arze de Otalara lib. de nobil. 4 p. c. 7. nu. 3. & nos late diximus in nr̃a Numãtina, tratãdo de los incorporados en los linages de Soria.

4 Nimirum ergo si viri aliquando nobilitentur propter vxores: ex vi priuilegij fœminis eisdem concessi; nam etiam in quibusdam nationibus filij matris originem sequuntur, vt Plutarchus scribit in lib. de claris mulieribus. c. 9. in fine, & apud Xantios, lege cautum fuisse, vt á matribus, non á patribus filij nomẽ generis sortirentur. Et in legibus Romanis in quibusdam casibus conditionem matris, non patris sequuntur. l. nati. C. de decurio. lib. 10. l. hi qui ex filiabus. C. de murileg. lib. 11. l. ex ingenuo, de agricol. & mancip. eodem. lib. & in. l. 1. ff. ad municipal. quibusdam nationibus concessum est, vt nati ex eorum fœminis, & alienigenis matris sequantur originem, vt Yliẽsibus, Delphis, & Ponticis. Quim Herodotus lib. 1. in vniuersum tradit de Lycijs hoc vnum eos præter cæteros homines pro lege habere peculiare, quod á matribus nomina sibi induũt, & si quis obuiũ percunctetur, quis nam sit, quali familia ortus, á matribus, auibusq; protinus genus suum repetit, & si qua ingenua, & nobilis seruo nupserit, liberi qui ex his suscipiuntur, ingenui, atq; nobiles existimantur. Ita apud Locros, nobilitas ex mulieribus erat, non ex viris, vt tradit Polibius Megalopolitanus in lib. Historiarum. 12. & Diodorus Siculus lib. 5. Bibliotheces. c. 14. scribit Ericẽ

veneris filium, propter nobilitatem matris, præclarũ apud homines fuisse, & Spartianus in triginta tyrannis, atq; etiam Trebellius Pollio, scripserunt Macrianum, siue Macrinum Iuniorẽ, qui cum patre imperauit, fuisse matre nobilem, patre tantum forti, & ad bellum parato. Quibus ad stipulatur illud Vergilij. lib.11. AEneidos, genus huic materna superbũ nobilitas dabat, in certum de patre ferebat. Et Papinij. lib.3. Siluarum. Sed quicquid patrio cessatum est sanguine, mater reddidit, obscurumq; latus clarescere vidit connubio gauisa domus. Et iterum lib. 4. eiusdẽ operis, stemmate materno fœlix, virtute paterna.

5 Sed & Aristoteles lib. rhetoricorum. 1. c. 5. censet nobilitatẽ ex matribus etiam esse, nedum ex patribus, dum scribit, nobilitatem legitimam esse, aut à viris, aut à mulieribus procreationem. Quare & si filij apud nos non nobilitẽtur ex parte matris, negari non debet quim propter nobilitatem matris, nobilitas quam à patre acceperunt, splendidor, illustrior, luculentior, ac clarior sit, ignobilitas autem minus obscura, minusq; abiecta. Vt sentit Baldus in. l. fin. in fine. C. de seruis fugit. dum scribit, quod loquendo simpliciter, & præcisse, non dicitur quis nobilis respectu generis materni, sed paterni, verum loquendo secundum quid (vt ipse loquitur) non est dubium, quod omne compositũ participat de forma, & materia; ex notatis per gloss. in. c. vlt. 32. quæst. 4. Specul. in titul. de feud. §. quoniam, versic. 5. & idẽ voluit Aluaro. in. c. 1. §. cæteri, col. 3. quis dica. Dux Com. March. & Anton. Corset. in repet. c. grandi, col. 13. de supplen. neglig. prælato. lib. 6. Bonus de Curtili in tract. nobilit. 6. col. Ioan. Lup. à Palaci Rub. in repet. rubr. de donatio. int. vir. & vxo. §. 32.

6 Vbi constãter per plura, quæ ibi adducit, asserit ex nobilibus matribus natos de earũ nobilitate aliquid retinere; & negari nõ posse, quod natus ex nobili muliere non dicatur nobilis. Egregius est textus, qui id aperte probat in. l. 3. titul. 21. part. 2. ibi: *Pero la mayor parte de la fidalguia ganan los homes por honra de los padres*, & melior in. l. 24. tit. 22. part. 3. ibi: *O cauallero honrado que sea fidalgo derechamente de padre, o de madre*. Et sic legimus Raynutium illũ de Clera (de quo in. c. Raynu. de testam,) à matre nomen sibi assumpsisse, non à patre: vt annotarunt ibi Hostien. & Ioan. Andræ. in verbo, de Clera. & Anc. & Imol. ac Parnor. in. 3. notab. & etiam Dñs Redemptor noster Iesus denominatus est à matre, quia dictus est de stirpe Dauid, vt notatur in. c. nouit, de iudic. facit glo. in. c. dicat aliquis. 32. q. 4. quæ ponit tres casus in

quibus

quibus filius sequitur patrem, & vnum in quo sequitur matrẽ. Et tex.in.c.venerabilis,de præben.ex quo colligitur quod nobilitas potest trahi tam aliena materna,quam paterna;vt cõsiderant.Alexan.in additio.ad Bart.in.l.nullus.2. C.de decurio.lib. 10. & paulò ante cita.Ioan.Lup.in.d.§.32.co.3.1.tamẽ.col.

7 Ibidẽ scribentes tenent, maritũ ignobilẽ,seu plebeiũ contrahentem matrimonium,cum vxore nobili,licet ob id nõ efficiatur nobilis,satis vero participare de vxoris nobilitate, ex quo propter eam assequitur vxoriam parentelam,& affinitatem,& omnium suorum consanguineorum.Et quia filij quos ex ea genuerit digniores efficiuntur.(Vt in alio notauimus responso, & si sub idiomate Hispano scripto)& ex claribus mulieribus illustriores longe natos conspicimus; corporum,& animi in plerisq; filijs maternas imagines recognoscimus; vtroq; etiam iure filios ex genitricibus ingenuitatẽ assequi videmus, & natos ex libero vẽtre,& ingenuis matribus tamet si seruis patribus ingenuos appellari,per totum titulum instit. de ingenuis. Est tamẽ cautela pro muliere nobili plebeio nupta, quæ ve minoris cõditionis virũ secundũ est sortita,vt impetret á Principe rescriptum conseruans suam nobilitatem;non obstante matrimonio cum plebeio homine contracto.l.nuptæ. ff. de Senator. Nuptæ prius consulari viro impetrare solent á principe (quamvis per raro)vt nuptæ iterũ minoris dignitatis viro nihilominus in cõsulari maneãt.Nonq; obstat text.in.d.l.1.in fin.ff.de iure immunita.Nec enim ex eo probatur priuilegium, immunitatis datũ alicui,& generi posterisq;, ad eos qui nati sunt ex fœminis non pertinere,vt aduertit nobiliter Decius in cons.223.incip. in casu proposito,2.&.2.col.subiugens per illius tex. verba non excludi descẽdẽtes ex fœminis.Et idẽ not.Pau.de Cast.in.l.1.col.1. vers. item quæritur.C.de conditio.insertis,dicens quod ista est veritas,quod descendentes ex fœminis dicũtur esse de genere,& dicit se ita consuluisse,& ibi Decius citat cõsilium Paul. & plures alios.DD. idem tenentes.Dicens etiã post alios, & pleraq; iura per eundẽ citat.sub nomine posterorũ, & liberorũ descendentes ex fœminis contineri.Sed & ad tex.in.d.l.1.in fin. de iure immunit.Alexã.dupliciter respõdet in cons.160.incip. viso themate supra scripto, vol.2.quod loquitur in priuilegio, secus autẽ in beneficio,quod late interpretatur(quæ fuit sentẽtia Imol. in.l. si ita scriptũ.ff.de lega.2,& eam tenuit ipse Alex.in.l. quia personale.ff.sol.mat.) & sonant concessionis ante adducta verba. *Y es mi merced.* Secundo respõdet Alexan.in.d.cons.quod textus in.d.

in.d.l.1,habet locũ, & procedit in terminis quibus loquitur denotantibus familiam.l.vacatio.ff.de muner. & honor. quæ cõsistit in descendentibus per masculinũ sexum.l. familiæ. §.fin. ff.de verbo.signi.not.Pet.& Cyn.in.l.fin.3. quæst. ff. de constit. princip.ex hoc inferens. secus esse si sit dictum de descendentibus(vt in ante citato Farsanorum priuilegio) qui terminus est communis ad masculos,& fœminas.Sed & regulariter sub nomine generis,omnes vtriusq; sexus comprehendi Bald. not. in l.1.ff.de probatio.inquiens quod etiam de genere meo dicũtur illi,qui sunt cognati allegat text.& glo.ibi,in.§.opportet,in authen.de mand.princip. & idem dicit Anton. de Butrio, notans ibi ad hoc text.in.d.c.nouit.4.notab.de iudic.facit.l.1, in princ. & in.§.1.&.2.ff.ad municipal. vbi dicitur, quod licet origo proprie censeatur ex linea paterna, tamen per priuilegium potest concedi,vt ex linea materna quis originem summat. & ibi ponuntur exempla.Et ita in proposito dici potest,quod per priuilegium potuerit dicta immunitas Farsania non solum concedi filiabus,& neptibus verum etiam omnibus fœminis,& descendentibus ab illis earumq; maritis, Quibus ad stipulatur, quod id possit per priuilegium,concedi quod per consuetudinem potest induci:glo.ordina.vbi Platea, & Lucas de Pen. in rubri. de decret.decurio.lib.10.tradunt.DD.in.l.de quibus.ff. de legibus & in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. Sed per consuetudinem potest induci,quod aliqui extimetur nobilis ex progenie materna,secund.Bart.in.l.1.col.penul.C.de dignitat.lib. 12, & post Paul,de Cast.in consil.125,incipien. dubitatur primo. 2. col. nu. 4.dub.4.part.2.Chasan.in Cathalog.glor.mundi,8.part. princ. consid.8.Ioan.Arze de Otalora in.d.tracta.nobilit. part.2 c.2. nu.7.Rochum Curtium in repetit. cap.fin. de consuet. numer. 24.& nouiores in.c.nouit,not.6.de iudic.vbi respondent ad tex. qui in contrarium facere videtur in.l.exemplo.C. de decurio. lib.10.quodq; qui ducũt vxores ex certa familia sint immunes, vt est Salmanticæ,& in aliĳs Regni,huius locis, supra vt notauimus.Ergo poterit etiam per priuilegium: maxime quãdo vsus, & obseruatio eiusdem,per lõgi temporis spacium probata est (vt in huiusmodi priuilegiĳ facto probatum est á multis) & notat præallegatus Ioannes Arze de Otalora in.d.tract.de nobilit. 4.part.principal.cap.5.num.20,loquens in priuilegio Antoniæ Garsiæ,& subiungens non semel in Pinciana Chancellaria, sed sæpe obtentum esse, vt hoc priuilegium extendatur ad omnes

fœminas,

fœminas,& earum maritos vltra personas,& gradus in illo priuilegio expræssos, vbi quarundam causarum meminit in quibus. Sic erat pronunciatū: licet per fisci distinctos procuratoré, & aliquas ciuitatū, & villarum cōmunitates, diligenter de iure fisci fuerit allegatum. Nec etiam oberit, quod ex eo quod dictum priuilegium Farfanijs fœminis cōcessum damnosum, sit Regi,& Regno. Communitatibusq́;, & ciuibus restringi, & limitari debeat, vt ad earum maritos non extédatur, ex.d.c, suggestum, de decimis,&.l.43.tit.18. part. 3. nam dicta hæc iura intelliguntur quando priuilegia inciperent generaliter, & enormiter lædere, ac præiudicare,& quãdo tale priuilegium est gratuitum: secus si propter remuneratoria seruitia concessum, qualis nostra fuit (de qua agimus concesio) quia tale priuilegium reuocari, restringi, seu limitari ob id non debet, nec potest textus est in.l.si pater.§.final.ff.de donatio. & in. l. final. titu. 9. lib. 5. ordin. Regia. & enim videtur in vim contractus transire, vt ex ipsius priuilegij verbis patet. quæ contractum aperte sonant. & not. Oldra. (hac in specie notabiliter loquens) in consil 300.incip. factum tale est. Et Decius in consil. 292. incip. & protenui, Iasson in.l, ex hoc iure.ff.de iust.& iure Andreas Tiraquel.in repet, l.si vnquam verbor. donatione largitus. nu. 13. C. de reuocan. donatio.& ex Theologis Diuus Thom. in.2.2. q. 116. Et declaratio, quæ corrumpit, vel destruit substantiam concessionis, non potest fieri á Principe: vt docent. DD. in. c. dilecti de accusatio. Felin. in.d.c.nouit de iudicijs, co.8.& in.c, qualiter, & quãdo.1.de accus.nu.25. Bald.in,l.2.C.de senten. ex breuicul. recitan. Oldrad. in consil.167.incip, ante omnia, & post Anani. consil.84. Decius in.l.edictum.C.de edend.nu.49. Et ita procedunt dicentes tale priuilegium non posse limitari, Socin. in cōsil.74.incip. consilijs nostris, col. antepenul. volu.1. & Chasan. in consuetud. Burgund. rub.1.§.5.fol.61.col.3. & facit quia, qui non potest reuocare, non potest declarare, nec limitare, si ex limitatione, vel declaratione sequatur reuocatio: teste Oldra. in cons. 230.incip. Vrbanus Episcopus,& Bald.in authen. qui semel. C. de reprobat. Curti, Senior. in consil.27.incipiẽ.col,12,& Andræ. Tiraquel, in.d.l.si vnquam, verbo liberis. nu.12. Imo de potestate absoluta non potest reuocari, ex quo quod non est iustū m: sub potestate non cadat.l.nepos proculo.ff, de verbo. signif.c.1. de feud. Marchiæ.l.digna vox.C.de legib. & scribit Socinus, in consil.164.incip. visa bulla Bonifacij, vol.2.glo.in extrauag. rem

 non

non nouam, parte non obstantibus, de dolo & contuma. Cardinal. in Clem. pastoralis, de re iudic. Corneus in cons. 181. incip. licet videatur, vol. 1. Decius in cons. 151. incip. maximi pōderis est. Et in cons. 407. incip. visis & diligenter. Sed & Alexan. in l. 3. in prin. ff. quod quisq; iuris (quod proprius nostræ speciei conuenit) notat quod quando concessio (prout est ista de qua in præsentiarum agimus) facta fuit ob benemerita, debet late interpretari. Quem citat Decius in. d. cons. 223. col. 2. nu. 4.

8 Nec etiam ob est textus sicuti, ibidē notat Bart. in. d. l. quoties, de priuileg. schola. lib. 12. qui cum aliis in dicta prima, huius responsi parte citatis scribit priuilegium datum alicui pro se, & filijs masculis, & fœminis, filiæ nuptæ non competere. Siquidem id textus ille non probet. Nec Bartul. à Saxoferrato, de quo diximus vbi supra tale vnquam (sicut ei imponunt) ibi, seu alibi dixerit, vt eleganter animaduertit Petrus Philip. Corne. in consil. 177. incipien. circa quod est primo videndum, col. penul. nu. 7. vol. 4. ponderando verba dictæ legis, quæ dumtaxat cōcedit priuilegium quodam scholaribus, & eorum vxoribus, idq; dicit durare quatenus viduæ sint, nihil penitus Cauens in prima eius parte de amisione priuilegiorum, quæ aliás habuissent. Et minus id probet in versic. Matres eorum in viduitate permanentes, cum sub illis verbis idem priuilegium solum concedatur matribus scholarium in viduitate permanentibus. Ex quibus verbis, si aliquod posset elici notabile, nempe fuisset, quod priuilegium concessum alicui, & eius matri, intelligatur donec mater duret vidua, non tamen si nubat secundo viro. Hac certe ratione quod secundæ nuptiæ sint exosæ saltem primis viris, & eorum filijs vt fere per totū titulum. C. de secund. nupt. quod quātum distet á conclusione, in quam prætallegati Scribentes citant text. & Bart. Lippi adhuc, & tonsores facile iudicabunt; quod autem textus ille id etiam minime probet, in versic. Aut liberi. Quo idem priuilegium conceditur scholarium liberis clare deducitur quando nihil disponat de eorum matrimonio, aut viduitate, sitq; citra rem in illam sententiam ea textus illius verba trahere. Et minus elicitus ex eo quod lex illa dicat, quod huiusmodi priuilegium liberis scholarium cōcessum non duret, si liberti subijciātur iurisdictioni alterius iudicis: cum & si specialiter illo casu inducatur, sub quo ipse textus loquitur non debeat extendi, nec trahi ad consequentiam argument. leg. ius singulare, & l. quod vero contra. ff. de legib.

Vnde

Vnde perperam ex dictis verbis notatur, quod tam filij, quam fœminæ in quovis priuilegio alicui,& eius filijs masculis,& fœminis concesso, forum mutando priuilegium amittant.

9 Præcipue cum nuncupatim sub ista nostra specie, fœmina nupta, non desinat esse ciuis ciuitatis suæ originis, quo ad priuilegia, fauores, & commoda modo propter, id non distrahatur á viri famulatu, omnesq; prærrogatiuas,& priuilegia patris retineat: vt Bartolus ipse notat in. l. final. §. item rescripserunt, versicul.& hoc inducebam. num, 5. ff. ad municip. quod & hodie apud nos in hanc ciuitatem Hispalensem practicatur, vbi videmus quod filiæ vicinorum dictæ ciuitatis nuptæ exteris, & non vicinis etiam extra Hispalim, ipsam de gentibus gaudent eisdem priuilegijs, & honoribus patribus concessis ratione dictæ vicinitatis,& earum participatione eisdem priuilegijs mariti potiuntur, vt pro vicinis habeantur. Cum ergo immunitas vxoris, vt sæpe diximus (quæ priuilegium etiam paternum est) eam non retrahat á seruitijs viri, consequens est, vt eam non amittat, sed quod constante matrimonio eodem priuilegio gaudeat. Vt præcitatus Corneus tradit in finalibus verbis, dict. consil. 177. idem tamen (vt ad rem reddeamus) quod Barto docet in dict. num. 5. tenet Bald. in. l. cum quædam puella. ff. de iurisdict. omnium iudic. Paul. de Castro. in. l. voluntas, in princip. C. de fideicomm. & in. l. rei iudicatæ. §. socero, cum leg. sequentib. ff. solut. matrimo. & in consil. 89. incipien. posset quis dicere. 2. volum. Cardin. Florentin. in consil. 135. incipien. Titius ciuis, Ioann. de Placea in. l. origine. C. de municipa. & origin. libro. 10. & in. l. mulieres. C. de dignitat. libro. 12. Panormitan. in capit. postulasti. 2. colum, num. 5. de foro competent. Benedictus Capra in consilio, 21. incipient. cum de duobus, colum. penultim. Alexand. in consil. 56, incipient. considératis verbis, colum. penult. versicul. & per hoc apparet, volum. 1,& in consil. 20. incipien. viso processu causæ vertentis, ad finem. 2. volum. & consil. 101. incipien. ex inspectione, post princip. volum. 3. & in consil. 125. incipien. viso processu causæ, volum. 7. & Angelus, Aretinus in. §. 1. colum. fin. versicul. quæro an desinat, institutio. de patr. potesta. & Socinus in consil. 227. incipient. præsens consultatio. 2. volum. Fanciscus Curtius Senior in consil. 27. exordiend. magnificus vir, colum. 13. Philip. Corne. consil. 202. incipien. circa præsentem. 2. colu. vol. 2. & in consil. 241. incipien. de duobus, colum. 2. versic. 2. pro hac parte,

eod.vol.Decius in.l.2.col.3.in fin.num.17.C.vnde vir, & vxor, & in consil.223,incipien.in casu proposito.2.col.versic.3. nõ obstat, Ioan.Campetius in tracta.dotium, in vlt.part.quæst.71.incipien.quid si in loco, Francis.Curtius Iunior in consil.5. incip. facti contingentia, colum.final.& Ioannes. Amicus in consil. 20.incip.statuto,in.1.dubio, Ex quibus clarius luce percipitur dictam legem quoties nõn loqui in filia nupta; inconsiderateq; scripsisse Hieronymum illum Cuchalon, quo loco in prima parte, eum superius citauimus, dum extendebat dispositum in illo textu circa matres scholarium ad filias nuptas, vt contrahendo matrimonium priuilegium amitterent; cum longe diuersa sit ratio in vno, & altero casu: solummodoq; ille textus, vt ex ipso patet, & supra probauimus procedat in ipsis solis matribus, & in casu in quo loquitur, & non sequatur Petrus amittit priuilegium, ergo & Ioannes; potissimum cũ in filia nupta non ea insit ratio, quæ in matre.

10 Quo fit, vt nonnulli ex præallegatis doctoribus eidem Bartolo impositam falso dictæ.l.quoties lectionem autumēt: præsertim cum in ipsa lege firmet libellum non posse ommitti tacite, cuius conclusionis contrarium, idem Bartulus firmauerat in authen.offeratur.C.de lit.contesta.sitq; vero simile, quod ex quo in.d.l.quoties facit mentionem, dictorum per glo. & Cynum in.d.authen.offeratur, si is esset idem Bart.memor fuisset eorum, quæ ibi scripserat.Item in.d.l.quoties, dum loquitur de vidua, dicit se dixisse in.l.mulieres, de dignita. id quod ibi non dicitur, quod certe non est de more Bartoli, & in.l.1. C. de strator, aut (vt alij legunt) stator.lib.12.se remittit ad ea, quæ scripsit in.l.1.ff.si quis testam.lib.esse iussus fuerit, in qua de ea re nihil scribit.

11 Et certe præter stili differentiam multa sunt alia, quæ huic opinioni opitulentur, vnde multi constanter asserunt eos commentarios, qui nomine Bartoli circumferuntur in illos tres libros Codicis posteriores, nõ esse ipsius Bartoli, præsertim lecturam libri duodecimi Codicis, & maioris partis vndecimi, sed cuiuspiam Cõtis, aut vt alij dicunt, Conetis, aut vt itē alij Contili Perusini prout Corneus tradit in consil.214.incipien.licet in hac, vol.1.& Alexand.in.l.1.col.2.ad finem.ff. qui satisd. cogan. vbi refert Angelum dixisse in.l.1.C.de periculo eorum, qui pro magis interuen.lib.11. Bartolum tantummodo, vsq; ad illum scripsisse titulum, & reliquum eorum trium librorũ esse illius

Conetis,

Conetis,& tenuit idem Alexan.in.l.diuortio.§.interdum.2.col. versic.non obstat dicta lex.ff.solut.mat.& in rubri. ff. de acqui. hæred.post princip.& in rubri.ff.de noui operis nũtiatio.7. col. nu.22.& idem testatur Iasson in.l. omnes populi, in lectura Ticinẽsi,post princip.nu.3.ff,de iusti.& iure, & in.l.si fideiussor.§. fin.col,2 ff.qui satisd,cogan.& id etiam dicit,in.l. quidam cum filium.ff.de verbo obligatio.Sed & Alexand.in consil.50.incip. visis actis,col.fin.vol,2.expræsſsim firmat omnes cõmentarios, qui dicuntur esse Bartholi in titulum de agricolis,& censit. lib. 11 & alios multos titulorum eiusdẽ libri,non esse illius,sed dicti Contis Perusini,idq; satis arguere stilum vtriusq;,& idem prope modum dicit in consil.125.incipien.viso processu.2. col. vol. 7.vbi nũcupatim loquitur de hoc dicto, quod dicitur esse Bart. in dict.l.quoties.

12 Cuiuscumq; tamen sint illi commentarij, contrarium illius dicti quod nomine Bartholi,ex dicta lege quoties citatur,& sic quod priuilegium concessum alicui, & omnibus descendentibus masculis,& fœminis,competat etiam nuptis. Baldum tenuisse constat in consil.139.incip. statuto communis, ante medium,vol. 5. & nulla eius mentione facta Alexander tenuit in d.l.cum quædam puella,col.2.versic.& faciunt ista,ff.de iurisd. omn.iudic.& in.d.consil.125. col. 3. versic. prædictis etiam non obstantibus,vol.7.& Marianus in quodam consil.incip.Reuerẽdus Dñus de Rouerella, & Petr. Philip. Corneus sibi contrarius in.d.consil.177.col.pen.vol.4.Felinus in.c.nouit, col.1.de iudicijs,& in.c.super eo,col.1.de testib.Philip.Decius in. d. c. nouit, in fine.6.notabilis.nu.4.(dicens Modernos ibi hoc tenere)& in. l.2.nu.17.C.vnd,vir,& vxor,& in.d.l.fœminæ.nu.85.ff. de regu. iur.vbi constanter affirmat Bartholum in.d.l.quoties,non dicere illud ad quod allegatur, & non esse in hoc laborandum, sed verisſimam conclusionem esse,quod filia nupta gaudeat priuilegio dato patri suo,& filiabus,& in.d.consil.223.col.2.nu.4.scribit Bart.in.d.l.quoties non dicere id ad quod allegatur, & dato quod diceret communiter reprobari teste, eodem Alexand. in d.l.cum quædam puella,col.fin.(Vnde admiror Iassonem virũ alioquim veritatis indagandæ studiosisſimum, si eo pede super hac quæstione transire in.d.l.cum quædam puella.1.col.num,3. qui vtriusq; opinionis, ibidem relatis contra Alexand. videtur inclinare.)Chassan.tamen nostram contra Bart. amplexa-

tur sententiam in consuetudin.Burgund.rubri.4.§.1.num.4. dicens hanc esse veritatem.Et ita est tenendum,cum hoc legibus magis sit consonum iuri,& rationi,ac ipsi æquitati cósentaneũ, & nostra pro parte Doctores autoritate sint præstãtiores.& numero quasi non impares;quidquid Hieronymus ille Cuchalon dicat in dict.l.fœminæ.num.83.& alij, qui & si secundum suam computationem ex scriptorum,quos viderunt Cathalogo, contrariam opinionem communem testentur, quam & ipsi sequũtur;non tamen eam ratione fulciri mostrant,aut aliquem ex sequentibus Bartholum in dict.l.quoties, de eius vero intellectu diseruisse. Doctores enim prima in parte huius responsi á me citati, quos ipsi moderni sequuntur dumtaxat Bartholum citant,non examinando eius conclusionem, aut aliter defendendo, investigando ve an Bartholi sit lectio illa,aut illius Conetis, seu Cõtis, aut Contili Perusini,cuius fore tradunt, & iudicandũ sit secundum quod melius,& æquius,& non ex multitudine autorum.l.1.§.sed neq; ex multitudine autorum.C.de iure vete. enuclean.quem textum iudicio suo singularem reputat Panormitanus in.c.1.col.vltim.num.15.de constitutio.vbi late additionator,Latius Ioannes á Neuizanis syluæ nuptialis.lib.5.num.67. post Zazium in.l.2.§.sed nec,ff.de origin.iur. similis tamen est textus.§.item præcium.versic.sed & Proculi sententia,instit.de empt.& ven.

Non etiam obstat nouissimo loco adductum, quod præfatum priuilegium stricte sit interpraetandum, & de persona ad personam non extendendum; quoniam non sumus in materia extensionis dicti priuilegij,nec hæc dici potest eius extensio. vt respondet Socinus in consil.268.incipien.elegãter, & subtiliter, col.penul.ante.num.4. vol. 2. si quidem hunc nostrum casum includant ipsius priuilegij mens,& verba quæ licet defficerent, mens cum clare appareat,hæc est sequenda.l.scire opportet.§. aliud.ff.de excusatio.tuto.l.3.§.conditio.ff.de adimen.lega,l.2. §.si mater,versic.quod si curatores.ff.ad Sena.Consul.Tertul.l. sed sciendum.ff.ad leg.Pomp.de Parric.cap.intelligentia, &.c. præterea,de verbo.signif. maxime cum priuilegium nũquam, sic sit interpraetandum,vt priuilegiato sit nociuum.l.diuus,versic.Nec illorum magis interest,& ibi Angelus ad hoc not. ff. de testamen.milit.Nec interpraetari cõtra priuilegiatum debeat, vt notat Baldus in. l.si Rufinus. C. eodem, & inducta ad fauorẽ

alicuius,

alicuius,non debeant in eius damnum retorquæri.l. quod fauore. C. de legib.cap. quod ob gratiam, de regul.iur.in.6.not.in. l.intra dies.ff.de re iudica.& dicti priuilegij verba, pro his quibus fit concessio,contraq; ipsum cōcedentem sint latissime interpretanda,cap.dilecti, de donatio. & in priuilegio legitimationis tradunt Doctores in.l.2.in princip. ff. de verbor. obligat. ita vt si large intelligendo,beneficium restringeretur, ne concessum beneficium restringatur, stricta interpretatio fiat: vt scribit Ludo.de Gozadin.in consil.48.incipien.in causa Florentina.4.col.num.21.argumen.eorum quæ Panormi. tradit, in.c. cum dilectus,de consuet.Bart.& Doctores in.6. quæst. princip. legis,omnes populi.ff.de iust.& iur. Quæ omnia sapienti iudicio submitto.

Licenciatus dominus Franciscus Moxqueira de Barnueuo.

INDEX RERVM, ET verborum, quæ in hoc opere continentur.

Nobi

Y debe-

FINIS.





Testº y memorial De Mosquera